

Daniel Michaelis    Andreas Helm

**atikah shel hagadah s. Pericope Historica, Priorum Duorum Commatum, Capitis Primi Proph. Danielis, E Philologicis Sanctae Linguae Principiis Explicata**

Rostochi[i]: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77239167X>

Druck    Freier  Zugang



Vnt. : A. Helminius  
D. Michael.  
R. U. theol. 1647.



החיכה של הגרר

22.

S.  
PERICOPE HISTO-  
RICA, PRIORUM DUO-  
RUM COMMATUM, CAPI-  
TIS PRIMI PROPH.  
DANIELIS,

E Philologicis Sanctæ Linguae Prin-  
cipiis Explicata,

Quam,

Annuate Divinâ Gratiâ,

Consensu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ,  
in Rostochiensis Academiâ

Publico Doctorum examini subijcit.

PRÆSES

M. DANIEL MICHAEL,  
Gustrovia-Megapol.

RESPONDENTE

ANDREA HELMIO,  
Gubena-Lufator.

Habebitur in Auditorio Majori d. 10. Febr.  
horis matutinis.

MDCC

ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLVII.

1647





בשם אלהא רבא ויקרא

THESIS I.

**A**dmirandam *Ecclesia* Dei in Mundo *Con-*  
*servationem*, Hebræo partim, partim Chal-  
dæo, Propheta Danieli idiomate, ut *præsti-*  
*tam*, sex prioribus, ut *promissam*, sex posterioribus  
Capitibus, describit.

[I. *Præstitam*, ajo, temporibus, quibus ipse, nobilissimum *Ecclesiæ*  
membrum, vixit: *Promissam* autem in futurum, ad mundi finem usq;  
& æternæ Liberationis consummationem. 2. Cæterùm illi describen-  
dæ, idioma, Propheta Chaldæum, à versu quarto secundi, ad finem usq;  
septimi Capituli; reliquis Hebræum adhibuit. 3. Nos, qui privatis antehac  
prælectionibus totum Prophetam, ex principiis utriusq; Linguae, pro  
mensurâ donationis gratiæ, interpretati sumus, duo nunc priora com-  
mata Cap. 1, quâ vim & usum Dictionum explicata, publicæ materiam  
συζητησεως proponere volumus.

II. Conservat autem Deus suam in Mundo  
*Ecclesiam*, dùm *piis singulariter benedicit*, & eos sæ-  
pè ex morte liberat præsentissimâ; *impios* contra  
*severissimè punit*, ut vel convertantur; vel, si id no-  
lint, perdantur.

[Ista specialis priorum sex Capitum Danielis *summa* est: id quod  
indice velut digito obiter monstrasse sufficiat, ut ordine, quo volumus,  
deducamur.]

III. Singulariter omninò Deus Danieli, &  
sociis ejus, in piorum omnium documentum ac  
solatium, benedixit, idq; quando de populo Dei  
penitens actum esse videri poterat; ipso, inquam,

*tempore inchoatæ Judæorum, sub Nebucadnezare Magno, Captivitatis.*

[1. Nimirum, & *Tempus*, & *Modum*, quo piis suis benedixit Deus, primo Capite Propheta persequitur. 2. Et *Tempus* quidem, initio seu inchoatione Captivitatis Judæorum sub Nebucadnezare definit. 3. Initium autem dico Captivitatis, quo primum Nebucadnezar ex Judæâ in Babyloniam Captivos duxit: nec jam exactum 70. annorum, quos Captivitas Babylonica, juxta Prophetiam Jeremiæ Cap. 25. v. 11, 12. & c. 29. v. 10. duravit, ad calculos revoco principium.]

IV. Circa initium Captivitatis *duo* iterum spectanda sunt; *Tempus* videlicet, & *Modus*, quo Capit.

V. *Tempus*, in quod incidit Captivitas Babylonica, est *annus* Jehojakimi, Regis Judæorum antepenultimi, *tertius*, ex quo Regi Babyloniorum Nebucadnezari fuerat tributarius; Regni autem illius in univ<sup>er</sup>sum *undecimus*.

[1. *Anno*, inquit Propheta, *tertio* Regni Jehojakimi, Regis *judæ*,  
2. *שְׁלֹשׁ בְּשַׁנַּת* In anno tertio (al. trium): ita Verbum verbo redditur; non, *post* annum, ut non nemo velle videtur. De Græca Versione ubi quaeritur, non negamus, præfixum  $\Delta$  alicubi per *μετὰ* expressum inveniri; quàm benè, nunc non disquirimus. Caterùm *hoc loco* & illa, *ἐν ἔτει τρίτῳ*, habet; & nihil prorsus necesse est, ut ab unitatissimâ particula istius significatione discedamus, quæ toties vel in Daniele recurrit Vide Dan. 2. 1. Cap. 7. 1. c. 3. 1. Cap. 9, & 11. v. 1. 3. Sed ne quis voce *שְׁלֹשׁ*, juxta frequentio<sup>r</sup>em Regiminis rationem, aliud quid respici, non annos numerari, arbitretur, probè hec, & in similibus, observandum, Ex Lingua Idiotismo, *Numeralia Cardinalia, quando reguntur ab aliis Nominibus, Ordinè fere significationem obinere*. Undè jam, non, anno *trium*, sed, anno *tertio*, textum propriè sonare videmus. 4. Porro id quaeritur, *An istâ loquendâ ratione annus currens, an vero exactus, significetur?* R. Abenezra non dubitavit, quin, si annum absolutum signifi-

caus

care voluisset, **שְׁנַת שְׁלוֹשׁ** dixisset: jam, dum **שְׁנַת שְׁלוֹשׁ** dixit,  
 annum currentem insinuarit Propheta. Verba ejus ad Dan. 7. v. ult.  
**אֶחָת שְׁנַת אַחַת** in hanc sententiam manifesta sunt: **אֶחָת שְׁנַת אַחַת**  
**אֵילֹו הָיָה כְּתוּב עַרְ שְׁנָה אַחַת הָיָה נִרְאָה כִּי שְׁנָה שְׁלֹמָה**  
**עֲבָרָה וּבְאֵימָרוֹ שְׁנַת אַחַת הִטְעָם כְּתוּבָה שְׁנָה:**  
 3. At nolim temerè quenquam adfentiri. Annon enim Nebucadne-  
 zar anno septimo Regni sui *ex alto* Judæos ter mille & 20. tres in Capti-  
 vitate ire jussit Jer. 52. v. 28? Nemo, credo, negabit, aut negare pote-  
 rit, quùm annus, quem Propheta septimum numerat, octavus Regni  
 Nebucadnezaris fuisse dicatur 2. Reg. 24. v. 12. Nempe octavus *incipiens*,  
 septimus autem absolutus seu desinens. **וְרַחֲלֵלְתָּ חַ** inquit  
**רִדְקָה** ad 2. Reg. 24. v. 12. Cui **רִלְבָּג** ad unguem consentit. Et, quùm  
 quartus Jehojakimi, primus Nebucadnezaris annus expressè fuisse di-  
 catur Jer. 25. v. 1. aliter statuere non possumus, nisi Jehojakimum 12  
 annos regnasse, contra tot scripturæ textus manifestissimos pugnare  
 velimus. Neq; tamen Jer. 52. 27. **בְּשָׁנָה שְׁבַע** sed **בְּשָׁנַת שְׁבַע**, ad  
 designandum annum septimum *completum*, æquè ac 2. Reg. 24. v. 12.  
**בְּשָׁנַת שְׁמֹנֶה** legitur ad notandum annum incipientem: quo unico,  
 eoq; evidentissimo argumento, tota Observationis AbenEzra corrui-  
 structura. 6. Nihilominus ex re ipsa facile patet, annum Regni Jehoja-  
 kimi currentem, aut, si magis, decurrentem, hoc loco intelligi debere. 7.  
 Fuit Jehojakimus optimi parentis, Josias, inquam, Régis Judæorum,  
 pessimus filius. Pater Josias in bello, quod temerè contra Neconem, Æ-  
 gypti Regem, instruebat, lethaliter vulneratus, decessit. Quo sublato,  
 populus Joachazum ejus filium Regem constituit: Quem ubi non am-  
 pliùs tres menses, (malè 10. *dies* lib. 10. Antiquit. c. 6. addit Josephus,  
 intuitu regni, ut verisimile est, Jechonix lapsus; malè sex menses, nume-  
 rat Petavius Rat. Temp. p. 201.) regnasset, regno dejecit Ægyptius;  
 anq; locum illius hunc fratrem ejus natu majorem suffecit: Et osten-  
 tandi in eum causâ Domitii, idq; ex voluntate ipsius Dei Judæorum,  
 qui Nomen **יְהוִה** sibi proprium vendicat Esa. 42. v. 8. Et cujus jussu bel-  
 lum se agebat suscepisse 2. Par. 35. 21. 2. Reg. 23. v. 29, 30. &c. Jojaki-  
 mum, mutato nomine vocavit, qui antea Eliakim dicebatur. 8. Nem-  
 pe **אֶלְיָקִים** redditur **D E I S** (fortis) *constituet seu confirmabit,*





laudetur, assidue intentus esse debeat. 15. Hoc Nomen, quum haut si-  
 ne singulari Dei Providentiâ, filio Jacobi quarto impositum esset pro-  
 prium, omnibus deinde ex illo oriundis cessit, ut dicerentur *tribus juda.*  
 16. Et hoc cum omnibus fratribus suis commune; sed istud habet pe-  
 eulare, propter singularem, & regiam, de quâ diximus, dignitatem,  
 quod & *reliqua tribus* in ejusdem istius nominis veniunt communio-  
 nem. Caterum, *An omnes in universum?* Nimis fidenter, nec sine insi-  
 gni vehementiâ id negare ausus est P. Cunæus. quem S. Paulus in pri-  
 mis evidenter refutat, dum *universum genus humanum in Judæos divi- De Rep. Heb. l. 1.  
 dit & Græcos, seu Gentes; in eos, qui præputium habent, & non habent c. 10. p. 86.*  
 Rom. 3. v. 9, 29, 30, Cap. 10. v. 12. Jam vero ad Gentes, ad Græcos, ad  
 eos, qui præputium habent Jacobi Patriarchæ propago referri non po-  
 test. Aut ergo universam illius prosapiam Judæorum nomine in sacris  
 interdum venire concedas; aut longè maximam ejus partem ad genus  
 humanum omninò pertinere neges, absurdissimè! 17. Hoc sanè loco  
 Nomine  $\text{יְהוּדָא}$  Judæ posteros, cum populis tribus Levi & Benjamin,  
 qui se, post divisum Israelitarum imperium, Judæis sociarunt, principa-  
 liter contineri facile damus: quum vix exiguo numero, ex reliquis sese  
 tribus suis adjunxisse videantur: atq; isti hætenus Regem non agno-  
 scebant, nisi qui esset ex posteritate Davidis, cui promissio de Messîa di-  
 vinitus erat alligata. In illos imperium undecim, ut diximus, annos in  
 universum habuit Jehojakim. 18. Sed *pestimè* & sibi & ipsis hic Rex *con-*  
*fuluit*, dum malum fecit in oculis Jehovæ, Dei sui 2. Par. 36. 5.  $\mu\eta\tau\epsilon$   
 $\pi\epsilon\delta\omicron\varsigma$   $\theta\epsilon\omicron\nu$   $\omicron\sigma\iota$ ,  $\mu\eta\tau\epsilon$   $\pi\epsilon\delta\omicron\varsigma$   $\alpha\nu\theta\epsilon\omicron\upsilon\pi\alpha\tau\omicron\varsigma$   $\epsilon\pi\iota\sigma\tau\epsilon\upsilon\eta\varsigma$ , habet Joseph. Lib. 10.  
 Antiquit. Cap. 6. 19. Hunc Babylonix Rex Nebucadnezar, de quo mox  
 plura, quum Neonem Regem Ægyptium, universæ tum Syriæ Domi-  
 num, ingenti prælio superasset, Jer. 46. v. 23. eoq; profligato, totam Sy-  
 riam, Pelusium usq; subegisset: tandem quarto suo, Jehojakimi autem  
 octavo anno, sibi subjecit, & imperato tributo, regnum ei confirmavit  
 teste Josepho l. c. Cap 7. 20. Nebucadnezaris igitur tributarius fuit Je-  
 hojakimus tres annos: sed tertio anno, quod vanam, de Ægyptiorum  
 contra Babylonios expeditione, spem concepisset, rebellavit 2. Reg. 24.  
 1. Joseph l. c. 21. Inde jam anno isthoc *tertio Regni Jehojakim, Regis Je-*  
*huda*, finiente initium sumit Captivitas Babylonica. 22. Hunc autem,  
 quem eâ, quâ diximus, ratione *tertium Regni Jehojakim, Regis Je-*  
*huda*, finiente initium sumit Captivitas Babylonica. 22. Hunc autem,  
*undecimum* Regni Jehojakimi annum esse, evidentiâ patet. Nam (1)  
 pettus

*tertius* hic annus omni procul dubio Regis Jehojakimi fuit *ultimus*, ut omnes meliores interpretes res ipsa fateri cogitur, & ex iis, quæ mox dicentur, ad oculum patebit. *Ultimum* autem Regni ejus *undecimum* fuisse nemo negat, & Scriptura nimis manifestè confirmat, quæ non plus *undecim* annis illum regnasse testatur 2. Reg. 23. v. 36. 2. Chron. 36. v. 5. (2) Et ad hanc Computationem exactissimè quadrat, quòd Nebucadnezar, cujus initium Regni in annum Jehojakimi *quartum* incidit Jer. 25. v. 1. anno Regni sui septimo exacto, atq; adeò octavo incipiente, Jehojachinem, Jehoiakimi filium ( qui tres tantùm Menses, & decem dies regnavit 2. Chron. 36. v. 9. ) cum suis: 2. Reg. 24. v. 12. Jer. 52. 28. Zidkiam vero, ultimum Judæorum, per undecim annos Regem, visu multatum, anno Regni sui octavo & decimo completo, undevigesimo autem incipiente, deportari jussit in Babyloniam, & igni Templum, urbemq; combusit 2. Reg. 25. v. 7, 8, 9. Jer. 52. v. 12, 29. (3) Tùm verò, quòd Dominus in Jehojakimum, qui tres annos Nebucadnezari subjectus fuerat, & (tertio anno) rebellarat, turmas Chaldæorum immiserit, quibus ipse præfuerit Nebucadnezar, expressè dicitur 2. Reg. 24. v. 1, 2. Idq; eandem prorsus sententiam habet, quam Propheta Daniel Cap. 1. v. 1. 2. expressit, & hîc prorsus ad illum locum respexisse videtur. Quæ omnia Regni Jehojakimi undecimum & ultimum annum esse, quem Propheta noster *tertium* dicit, eumq; ex quo Regis ille Babylonii beneficio regnavit, numerari debere, validissimè demonstrant (4) Accedit ex S. 19. 20. Josephi, Historici sanè gravissimi, auctoritas. Quàm (5) idcirco non sine ratione sequuti sunt Nicolaus de Lyra, & alii plures, quos Pererius in errore quidem versari existimat, Comment. in hunc locum: Sed ipse, procul dubio vehementer errat, dum Jehojakimum tertio Regni sui anno à Nebucadnezare Babylonem abductum, indeq; iterùm dimissum Hierosolymis, usq; dùm undecimo anno ab eodem caperetur, & interficeretur, regnasse existimat, tùm præter, tùm contra scripturam; quamvis ex Judæis nonnulli, inter quos עיראך נבון facile princeps, idem senserint. 23. Nam (1) 2. Chron. 36. v. 6. dicitur quidem, quòd Nebucadnezar Jehojakimum, catenis vinciverit להוליכו ad abducendum eum in Babyloniam; sed quod ipsum eo abduxerit, quamvis Vulgata tradat Versio, fontes tamen non dicunt; multò vero minùs, quòd ipsum inde dimissum in regnum restituerit. (2) Zidkiam quidem eodem loquendi modo

modo Catenis vincivisse dicitur Rex Babylonie נבוכדנצר ad abducendum  
 in Babyloniam Jer. 39. v. 7. quem revera eò deportavit, quæ Abent-  
 zra objectio est. Sed hoc deinceps ita Jer. 52. v. 11. per נבוכדנצר & abdu-  
 xit eum, manifestè explicatur, & textus circumstantiæ aliter intelligi non  
 permittunt. Horum autem nihil de Jehojakimo invenias quem, si tertio  
 anno, postquam Rex à Necone, Ægypti Rege, constitutus erat, vincetum  
 in Babyloniam abduxisset, alium interim, procul omni dubio, regem  
 Judææ præfecisset, nec Regnum istud reliquisset sine capite; Tùm verò  
 Jehojakim, non tantùm tres, sed integros octo annos, Nebucadnezari  
 subiectus fuisset, si statim Babylone dimissus, & in regnum restitutus es-  
 se statuatur: quod adversâ fronte pugnat contra 2. Reg. 24. v. 1. No-  
 dum hunc non solvit, qui varias rationes ex cogitare conatur, cur Nebu-  
 cadnezari non octo, sed tribus tantùm annis tributum solverit Jehoja-  
 kim: Neg; enim istud nunc præcipuè quaeritur: Sed, ubi scriptura tres  
 tradit, tu octo annos Jehojakimum Nebucadnezari subiectum seu servum,  
 fuisse contendis שנים עשר עבד שלש שנים sic habent ver-  
 ba 2. Reg. 24. v. 1. Hæc nobis concilies! (3) Et quomodo Nebucad-  
 nezari, quem quarto Regis Jehojakimi anno Jeremias contra ipsum ventu-  
 rum, & Judæam devastaturum esse, prædixit, anno ejus antecedente ter-  
 tio jam venisse, & Jehojakimum Captivum abduxisse, dici potest? Ubi,  
 ne erres, quartum illum Jehojakimi annum primum Regis Nebucadne-  
 zaris fuisse, peculiariter Propheta notavit Cap. 25. 1. Quo is quidem Æ-  
 gypti Regem Neconem vicisse legitur Jer. 46. Jehojakimum Judæorum  
 Regem in Babyloniam abduxisse nusquam. 24. Quibus omnibus ritè  
 subductis, שנים עשר existimat, quinto Regni sui anno Jehojakimum Nebu-  
 cadnezari factum esse tributarium, eiq; tres annos servivisse, tres autem  
 alios, nempe indè ab octavo, usq; ad undecimum rebellasse; & hunc  
 tertium rebellionis annum dici hic annum Regni ejus tertium. Cui cal-  
 culum suum addit גמון סעריה / סעריה / Nos autem, quùm, quòd tres annos  
 rebellavit Jehojakimus, nullo Scripturarum apice probari possit, & nu-  
 dè rebellionis annos, annos Regni Jehojakimi dici, à Stylo sacro pro-  
 fus abhorretere videatur, nostrum adjicere nullo modo possumus. 25.  
 Caterùm etiam id durum, imò violentum videri, de sententiâ Pererij,  
 queat, ubi Daniel simpliciter annum Regni tertium nominat, non sim-  
 pliciter, sed ab initio suscepti jugi Babylonici tertium regni Jehojakimi  
 annum

B

annum

annum interpretari? At qui possit durum illud, imò violentum videri? Quum Jehojakimus ab eo tempore, ne Rex quidem fuisset, nisi, secundum Deum, clementia fecisset Victoris. Imò (2) Propheta statum Ecclesie, populiq; Judaici, sub Babyloniorum Imperio, de scripturus, haut commodius, quam à primo, quo sub regis Babylonie potestatem Judæi redacti fuerunt, anno, rationem temporum inire potuit. (3) Nec eam computandi rationem à Scripturarum stylo alienam esse vel istud liquidò docere queat, quòd Hosea, filius Ela, Rex Israelis, qui Anno vigesimo à Jothamo, Judæorum Rege, regnare coepisse dicitur 2. Reg. 15. 30. atq; inde integros 18. annos regnavit, Atqui ejusdem illius Hoseæ, Regis Israelis, *undecimus*, quo Ezechias, filius Achazi, Rex Judæorum constitutus fuit, *tertius* Hoseæ numeratur, 2. Reg. 18. 1. quòd aliter fieri non potest, nisi initio sumto, ex quo Regis Assyrij fuit tribularius: undè etiam novem tantum annos regnasse dicitur 2. Reg. 18. v. 10. ]

V I. *Modum*, quo Cœpit Captivitas, tum *in genere* Propheta describit; tum verò deinde *in specie*.

VII. *Generalis* illius ratio *in duobus* veluti momenti consistit: quorum *prius* est, quòd Nebucadnezar cum exercitu moverit in Judæam, & Hierosolymam obsederit.

[ 1. *Venit Nebucadnezar*, inquit Propheta, *Rex Babylonie contra Jerosolymam, & obsedit eam.* 2. Verbum *VENIT* non, nisi in Kal, Hiphil, & Hophal, *עָוַן וְעָוָה* scriptoribus usurpatum, *Venit* est generali significatione; specialiter elegantissimos aliquot loquendi modos parit. Hujus loci est, quòd, quum Præpositiones *כִּנְיָן* *כִּנְיָן*, & similes, suis illud sæpè jungant Nominibus, earundem nonnunquam occurrat Ellipsis, sed quæ per evidentiam Textus nullo negotio suppleri possit. Sic nemo non videt, ex textu, quòd Nebucadnezar *כִּנְיָן* *כִּנְיָן* contra Jerosolymam venerit, nec fuit necesse, Præpositionem expressè poni, quæ mox erat repetenda. Vide, si placet, *Esa* 41. v. 25. *Jer.* 28. v. 3. *Jer.* 37. v. 19. *Job.* 15. 21. 1. *Reg.* 3. v. 15. & Confer *Exod.* 5. v. 1. 3. De Nebucadnezare, maximi nominis in sacris & profanis literis Rege, aliquantò nobis prolixius hæc differendum.

dum. Et Nomen quidem נְבוּכַדְנֶצַּר interpretantur haec tenens non-  
 nulli *placitum; iudicij angustia*, seu coarctantem iudicium angustiae: qui  
 nescio sanè quid viderint. Ex נְהָרָה, & נָרָה, & נָרָה composuisse vel istud  
 argumèto fuerit, quòd נְבוּכַדְנֶצַּר, ut apud Jeremiam ferè scribitur,  
 ipsis est placitum *generationis angustiae*, tanquam ex נָרָה vel נְהָרָה Chal-  
 daeo, quod est Generatio, seu, multitudo hominum, eadem aetate, eodem-  
 ve seculo, in terris degentium: Sed & mirari subit, quàm ratione tres illae  
 dictiones in Compositionem Vocis illius trahi potuerint, cuius nec con-  
 gruentem reddunt significationem, nec literas omnes, imò non nisi u-  
 nam ultra dimidium repraesentant, nec vocales convenientes habent.  
 Taceo, quòd nullum dictionis נְהָרָה vestigium in Nomine נְבוּכַדְנֶצַּר  
 magis conspiciatur, quàm verbi vel נָרָה vel נְהָרָה, aut similis. Deniq;  
 נ, נ, & apud Jeremiam נ litera comparent quidem inibi; at non, ut  
 unam syllabam constituent; undè unius dictionis simplicis נָרָה vel  
 נְהָרָה esse colligas. 4. Judicent docti, annon Nebucadnezar ex נְכַדְנֶצַּר  
 נְבוּכַדְנֶצַּר tanquam *Nepos* (seu progenies) *Neboni praestantissimus* ita  
 dictus sit. 5. Certè נְבוּכַדְנֶצַּר Nepotem significat, & summam profectò Ver-  
 ba Dei considerationem merentur, quibus, *Excisurus sum*, inquit, *ipsi Ba-*  
*bel*, נְבוּכַדְנֶצַּר נְבוּכַדְנֶצַּר נְבוּכַדְנֶצַּר Nomen & (omne) residuum, tam filium,  
 quàm nepotem Esa. 14. v. 22. נִינִי Filium significat, & Nino, Nimrodi,  
 primi Regni Babylonij Conditoris, (quem Gentiles Belus vocant) Fi-  
 lio, nomen dedit. נְבוּכַדְנֶצַּר (Nepos) praecipuorum Babyloniae Principum  
 Nominibus miscetur, in primis Nebucadnezaris Magni. Nec quidquam  
 usitatius, quàm in Neminibus quinq; aut sex punctorum, Vocalem syl-  
 labae prioris in Scheva, posterioris in Patach, pro re natà, mutari. 6.  
 נְבוּכַדְנֶצַּר Oppidum vocatur Moabitidis Num. 32. v. 38. Esa. 16. v. 2. Jer. 48.  
 v. 1. fortè & Deut. 32. v. 49. ubi montem pleriq; intelligunt, Sed & *numi-*  
*nū*, seu idoli *Babyloniorum* nomen esse, nemo facile negabit. Nominis  
 ratio est, quod Prophetias, seu *oracula funderet*. Est enim ex נְבוּכַדְנֶצַּר pro-  
 phetavit. Hinc נְבוּכַדְנֶצַּר Prophetia; & נְבוּכַדְנֶצַּר. Nebo autem diversum à Belo  
 Numen, atq; adeò ipsam Lunam esse, quàm Bel, seu Belus, sit Sol; & i-  
 sta duo, omnium lucidissima sidera, Chaldaeis, ac toti Orienti, ut præci-  
 pua Numina, maximo in pretio fuerint; eleganter disserit Vossius  
 in aureo Opere, de Theol. Genl. Lib. 2. Cap 3. & persuadere con-  
 B 2

3

נְבוּכַדְנֶצַּר

tur ex Esa. 46. v. 1. ubi sic Pröpheta; *Incurvatus est Bel, inflexus Nebo, fuerunt idola eorum* (gentilium) *bestia & jumento.* 7. Geminus huic locus est Jer. 50. v. 2. *Capta est Babel, confusus est Bel, contritus est Merodach, pudefacta sunt idola ejus.* Ubi Belo מֶרְדַּךְ conjungitur: an ut diversum numen? Quid fuerit Merodach, nondum est compertum, inquit Seldenus Syntag. lib. 2. Cap. 12. qui tamen inter Babyloniorum Deos censeretur non negat. Fr. Junius in Notis ad Jer. 50. v. 2. isto quidem loco sumere non dubitat pro ipso Belo. 8. Est autem מֶרְדַּךְ non, amara contritio, quod nonnullis placuit; sed, quod אֵין מֶרְדַּךְ alibi expressum evidenter arguit, tanquam מֶרְדַּךְ מְרִיא *Dominus*, atq; adeo protector ac defensor, *attritorum* seu *afflictorum*; planè, ut Deus verus (ita gentiles, quæ unius veri Dei sunt, impiè suis transcribunt idolis) *asylum* (מִשְׁבֵּב) esse attrito (לְרַךְ): Et attritum justè vindicare dicitur, ac defendere. Pl. 9. v. 10. Pl. 10. v. ult. Nempè מְרִיא est Dominus, ac pro בעַל, seu Synonymū ejus, usurpatur in Targū Gen. 37. v. 19. Ex. 21. v. 19. ac passim alibi מֶרְדַּךְ attritus, afflicus. 9. Nomen istud nonnullorum Babyloniarum Regū fuisse, constat non tantum ex 2. Reg. 15. v. 27. Jer. 52. v. 31. ubi מֶרְדַּךְ Rex est Babyloniarum, ac si dicas, princeps, s. *præstans Merodach*; ut מֶרְדַּךְ non sit contemptus, aut ætatis; sed præstantiæ & dignitatis, ex Chaldeo מֶרְדַּךְ Principium: sed & ex Esa. 39. v. 1. ubi Rex Babyloniarum, qui ad Hiskiam Regem Judæorum legatos misit, vocatur מֶרְדַּךְ בַּלְאֲדַן Merodach (cujus) Baal (est) Dominus. 15. 2. Reg. 20. 12. etiam מֶרְדַּךְ scribitur, ac si dicas מֶרְדַּךְ בְּרִיא Eximius, vel robustus Merodach, præterquam, quod literæ מ & בְּ ejusdem instrumenti sunt *εὐμετρίβλητοι*. Quin & בְּרִיא Synonymum habetur Vocis מְרִיא, quæ dignitatis & præstantiæ, ex altissimi ratione, significationem habet; à מְרִיא quod in Hiph מְרִיא Job. 39. v. 21. de Struthio camelo (ut existimant) usurpatum, redditur *וַיִּשְׁעוּ*, extollet se; alijs, elevabit ingluviem, habito respectu ad מְרִיא, quod est ingluvis Lev. 7. v. 16. 10. Atenim, quia nihil frequentius quàm Reges ac Principes, de nomine Deorum, quos peculiariter colebant, vocari; adeo ista non impediunt, ut parùm absit, quin valide confirmet מֶרְדַּךְ Numen fuisse Babylonium: de quo nullum nobis dubium relinquit locus suprà laudatus Jer. 50. v. 2. quem por-

rd Chaldaeus sic illustrat: **בְּחִיּוֹ דְּפִלְחֵיו לְכָל אֲתָבְרוּ דְּפִלְחֵיו**  
**לְמֶרְדַּךְ** Confusi sunt, qui colunt Belum; confracti sunt, qui colunt Mero-  
 dach: Et vel sola nominis ratio §. 8. **מֶרְדַּךְ** idem Numen esse persua-  
 det cum Belo: & Belum ostendit creditum fuisse Deum, qui, cum sum-  
 mus omnium Dominus, suos Cultores, maximè contritos atq; affli-  
 ctos, & liberare posset, ac potentissimè defendere. Atqui istum summum  
 cum ignominia postratum, imò penitus contritum iri Propheta prædi-  
 cit: Undè Babylonios, Cultores ejus, nil nisi ignominia ac totalis inte-  
 ritus manere queat. 11. Nec hilum turbat, **עֲצָבִיהָ**, quod sequitur, aut  
**בְּלִילֵיהָ**, ac si diversa Beli fuerint, & Merodachi simulachra; quomodo  
 de Belo & Nebo apud Esaiam Vir eruditus colligere videtur. Ni-  
 mis manifestum hîc est, ex suffixo fæmineo, non Beli aut Merodach, sed  
*Babylonû* idola notari, significariq; confuso, ac confracto, qui summî  
 Numinis loco Babylonii colebatur, reliquos minorum gentium Deos  
 adeò Babylonios cultores suos non esse liberaturos, ut eandem potiùs  
 cum illo fortunam certò certius sint experturi. 12. De Merodach, rem  
 satis, pro instituti ratione, expedivisse videtur. Jam, quid quæso causæ  
 est, cur non idem prorsus de Bel & Nebo dicamus? Diversa nomina, non  
 statim diversa arguunt numina: qui nimò gentilibus nullum potius stu-  
 dium fuisse constat, quàm Diis suis perpetuâ nominum, titulorumq; va-  
 rietate, quâ maximè eos delectari existimarunt, blandiri. Et tamen nullo  
 firmiori, quòd Nebo, ut diversum à Belo Numen Es. 46. v. 1. ipsi jun-  
 gatur, argumento demonstrari potest. **עֲצָבִיהֶם** *Idola illorum* non Bel  
 & Nebo, sed *gentilium* idololatrarum, quorum proximè præcedenti Es. 45.  
 v. 20. ut & deinde Cap. 46. v. 6. 7. stultitiam reprehendit, Propheta no-  
 minat; planè quemadmodum illic Babylonis Jeremias. 13. Ac proindè  
 vanitatem velut oculis subjcturus: *Bel*, inquit, Deus illorum ter maximus,  
 cui se omnes incurvando summum habebant honorem, cum summâ  
 nunc eorum ignominia, jaceret incurvatus: Idem is, qui summus illis  
*Nebo*, seu, Vates, quem omnes in rebus dubiis consultum, flexis geni-  
 bus, adibant, jam reflexus est, nulla amplius responsa daturus. 14. En  
 argumentum! Numen, cui futurorum tribuitur prædictio, non est,  
 nisi summus Deus: quod ipse, summus Vir, tradit, & egregiè illustrat  
 Lib. 2. de Theol. gentil. Cap. 12. pag. 367. 368. Nebo autem est illud  
 Numen,



Numen, cui tribuitur futurorum prædictio: ut vel ex nomine patet; Et ipse liberali dat manu Vossius lib. c. cap. 8 p. 346. Tum B. Hieronymus in Esa. 46. v. 1. *Nabo*, inquit, & ipsum idolum, quod interpretatur **PROPHETIA & DIVINATIO**. Non igitur fuit Luna sidus Nebo; nec, *constrita* dicendum, sed *constritus* est Nebo; rectè, Genus quod attinet, vulgata dixit tralatio Esa. 46. v. 1. secus, ac illi visum est Lib. 2. de Theol. gentil. cap. 22. pag. 414. Summus, si verum fatemur, *Nebo* Babylonis Deus fuit, qui *Sol* erat; Et *Bal* sive *Bel*, & *Merodach* ipsi dicebatur; Moabitibus autem & Midianitis **בַּעַל בְּעוֹר** *Baal Peor* Num. 25. v. 3. & **כַּמּוֹשׁ** *Chamos* Jer. 48. v. 7, 13. quæ ejusdem Patris, & aliorum eruditorum, verissima est sententia. Nec dubitandum, quin, seu cultus, seu sanum aliquod illius, oppido Moabitarum Nabunti, causa nominis existerit. 15. Cæterum, ut de Alexandro Magno Curtius lib. 4. Histor. auctor est, quod divinos avidissimè captarit honores, & Jove Ammone natus, pertinaciter videri voluerit: Sic verisimile est, Nebucadnezares, divinitatis Originis suæ opinionem ipso nomine præferre voluisse. Et omninò elegans in **נְבוּכַדְנֶצַּר** ex **נְכוּ** est compositio, qualem etià in **שְׂמֹנֶה עָל** ex **שְׂמֹנֶה** 1. Sam. 1. v. 20. 27. 28. animadvertere licet, & similibus. 16. Reliquum est **נְאֻצַּר**, quod geminam involvere radicem videtur. **נְאֻצַּר** videlicet, & **נְצַר**. Undè jam legitur **נְבוּכַדְנֶצַּר נְאֻצַּר**, jam **נְבוּכַדְנֶצַּר**, quin & apud Jeremiam & Ezechiam, Prophetas, plerumque **נְבוּכַדְנֶצַּר נְאֻצַּר**, de quo mox plura. Ac semper Dagesch conspicitur in **נְאֻצַּר**. 17. **נְאֻצַּר** significat *thesaurizavit*, thesaurum collegit, ac reposuit: **נְאֻצַּר** in thesaurum repositus seu reconditus fuit: Hinc **נְאֻצַּר** dicitur quidquid præstans, & omninò tale est, ut in pretio haberi, & recondi mereatur, tum etià ipsum rerum ejusmodi Conditoriu, quemadmodu & *θησαυρὸς* Græcis. Ex quibus, quæ supra § 4. diximus, illustrantur. Eodem respicit & **נְצַר**, quod est custodivit, protexit: Unde **נְצַר** furculus cum curâ servatus. Ut nihil in nomine Nebucadnezaris inveniat, quod non ad singularem ejus pertineat commendationem; quæ quùm summa esset, & velut ad cælum pertingeret, tandem justo Dei judicio, in summum desit contemptum: Et ipse projectus est ex sepulchro suo **נְאֻצַּר נְצַר** tanquam *furculus* obominandus, ut Spiritus Sanctus Esa. 44. v. 14, 15, 16, 19. clarè prædixit, & totam Nominis illius ratio.

rationem pulcerrimè explicavit. Non repeto, quæ Judæorum sapientes,  
 ut  $\Psi\Gamma$  in Esa. 14. v. 19. notavit, tradiderunt, quomodo Corpus Nebucad-  
 nezaris sepulchro suo projectum fuerit. Certè, ut maxima vivi gloria  
 fuit; ita, quæ de ignominia ejus divinitus prædicta fuerunt, haut longè  
 post mortè illius exactissimè sunt impleta. 18. At, Cur alibi  $\text{נְבוּכַדְנֶצַּר}$   
 scriptum est?  $\text{N}$  conjecturis locus conceditur, litera lenis  $\text{נ}$  in  $\text{רד}$  du-  
 ram & asperam mutata, 29. circiter locis apud Jeremiam & Ezechielem,  
 ut Nebucadnezareem gravem ac durum hostibus illis suis venturum esse  
 significaretur; quin & superiorem, Victoremq; juxta nominis literæ  
 $\text{שנ}$  significationem. Alia sciens omitto. 17. Fuit autem Nebucadne-  
 zar Rex *Babylonia*  $\text{בְּבֵל מֶלֶךְ}$ . Dictionem  $\text{בְּבֵל}$  sive quis ex  $\text{ב}$  &  
 $\text{בֵּל}$  cum R. AbenEzrà ad Gen. 11. v. 9. juxta rationem vocis  $\text{בְּנֵי}$   
 Gen. 30. v. 10. compositam; sive, cum aliis, ex  $\text{בֵּל בֵּל}$  velut contractam  
 esse velit, perindè fuerit. Abundè *Nomen* esse constat celeberrimæ majo-  
 ris Asiæ *Civitatis*, in amplissimâ terræ Sinear planitie, ad Euphratem  
 fluvium. Quam, ubi altero post diluvium Centenario Noachidarum  
 pars maxima, duce Nimrodo, ædificare cœpissent, inq; ea turrim, cu-  
 jus Caput in Cœlum pertingeret, ausu nefando molirentur: quum antea  
 una omniû lingua esset, & oratio, mox divinæ vindictæ justitiæ, confusi-  
 onem, ex quâ Civitati nomen cessit, illis immisit linguarum, ut diversis  
 loqui inciperent lingvis, & alter alterius verba non amplius perciperet.  
 Undè factum, ut ab opere incepto desistere cogerentur, & indè in  
 universum terrarum Orbem dispergerentur, Nihilominus prima Nim-  
 rodus (quem gentiâ Historiæ Belum vocant) ibi regni sui statuit initia, ut  
 videre licet Gen. 10. v. 10. cap. 11. v. 9 atq; idè, tum ipse, tum successores  
 ejus in Babylonem amplificandam, exornandâ, muniendamq; certatim  
 incubuerunt. Hinc Dorotheus Sigonius, *Ἀρχαίη βαβυλων Τυρίη Βή-  
 λιοι πόλισμα* Semiramidis Reginae circa illam studium atq; operam  
 Diodorus Siculus Lib. 2. Biblioth. & post eum Curtius lib. 5. prolixè per-  
 sequitur. Et, quum tanta nominis illius fuerit in toto Orbe claritas &  
 commendatio, ut, teste Scriptura, ornamentum. ( $\text{צָרַי}$ ) regnorum, &  
 gloria excellentiæ Chaldæorum extiterit Esa. 13. v. 19 bona *pars Assyriæ*  
 & *Mesopotamiæ* de nomine illius Babylonia appellata est; cujus potenti-  
 am tertiam totius Asiæ partem æquiparasse autor est Herodotus in primo:  
 sed totâ foedissimâ, à primis inde incunabulis suis, idololatriæ dedita fuit.

20. Alterā etiam Babylonem in Assyriā, nobis, auctoritate produnt Cosmographorum: quam 2. Reg. 17. v. 24. fundamentum habere arbitrantur: De quo tamen non immeritò quis dubitare possit. Nam, ibi quòd Rex Assyrius בבל Babylonem, seu potiùsex *Babyloniā* Colonos in Civitates Samariæ traduxerit, clarè quidem scriptum est: alteram vero ejus nominis in Assyriā Civitatem nobis, opinor, exindè hauri facile demonstrabunt. Herodotus ἐν κλειῶ certè eam ipsam Babylonem, quam Euphrates interfuit τῆς Ἀσσυρίας πόλιμα ὀνόμασσαντων, καὶ ἰσχυρότατον vocat: & nullà ratione negari potest, quòd isthoc tempore non minùs Babylonij Assyriorum imperio, atq; Curhæi, & reliqui, quos ibi Scriptura commemorat, populi paruerint. Quid igitur Causæ est, cur non quos ex Babyloniā Rex Assyriorum in Samariam migrare jussit, de ipsis Babyloniæ regionis incolis intelligamus? 22. De Ægyptiorum Babylone nihil attinet heic dicere: nec de eà, quam Sp. Sanctus matrem detestatur τῶν πορνῶν Apoc. 17. v. 5. De eà nobis sermo est, cujus, post àttritas Assyriorum vires, Nebucadnezar Rex erat, & mundi Monarcha. Is contra *Hierosolymam* cum ingenti venit exercitu, de quo 2. Reg. 24. v. 1, 2. 22. Fuit autem ירושלים in tribu Judæ & Benjamin sita, terræ sanctæ Metropolis, Regum Judæorum, indè à Davide ad Zedekiam usq; sedes, & Civitas totius Orientis longè clarissima: Quem in primis Templum Domini, 'ad quod omnem V. Testamenti religionem ipse Deus alligaverat, ad eò commendabat, ut sanctum unius veri Dei habitaculum, & locus quietis ejus, vocari mereretur. 23. Primum Hierosolymæ Conditorum Melchizedecum facit Josephus lib. 7. περὶ ἀλώσ. Cap. 18, & tùm quidem dicebatur שׁלם, ut videre est Gen. 14. 17. Ps. 76. v. 3, sed postmodùm ירושלים Et hoc ejus nomen primùm legitur Jos. 10. quod constat esse arbitrantur ex שׁלם, quod Apostolus pacem interpretatur Hebr. 7. v. 2. & ירוא (sed *Neliso*) videbunt: idq; procul dubiò, quòd Montis illic nomen, in quo Salomon suo tempore Templum Domini ædificavit, Abrahamus vocavit ירוה דומינוס *providet* Gen. 22. 14. 2. Par. 3. 1. 24. Elegans sanè, nec longiùs, quæ Merceri censura est, petiitum, sed ex ipsà propè rerum veritate congruenter desumptum Ecymon, quod illustrari potest ex Psal. 128. v. 5, 6. Ajunt ex ירוא (à ירוא) & שׁלם q. d. timete Salem, in terrorem gentium yi-

cina-

cinarum à Jebusæis ita dictam, propiùs ad veritatem accedere. Sed fun-  
 damentum desideramus. Quod si fundamentum in ipsà re ostendi pos-  
 set, fortè non incommodè **יְרוּשָׁלַיִם** quasi **יְרוּשָׁלַיִם** *Possessio pacis*,  
 aut **יְרוּשָׁלַיִם** *proiecerunt pacem*, dicta videri posset. 25. Adricho-  
 mius *in descr. T. S. de Jerusalem num. 1.* & Augustin. Steuchus Evgubi-  
 nus cit. Drusio *cent. 1. Misc. 9. 52.* adserunt *Jerusalem* dictam quasi *Je-*  
*busalem.* Verum, quùm Melchisedeci tempore, qui primus urbi suæ  
 nomen Hierusalem indidit, teste Josepho l. 7. *περὶ ἀλώσ.* cap. 18. Jebu-  
 sæi suam obtinerent civitatem, nec unquam hæc civitas cum illà usq; ad  
 tempora Davidis, conjuncta fuerit, veritati nequaquam consonat, tùm  
 nomina illarum civitatum composita fuisse, ita ut unum nomen ex ea-  
 rum nominibus conficeretur, urbibus loco dissitis manentibus, & im-  
 perio à se longè remotis. Et, quamvis Hebræis literas commutare sit  
 frequentissimum, nunquam tamen id temerè: sed tantùm eas permutant,  
 quæ eodem prononciationis iustrumento proferri solent. **י** verò & **ב**  
 longè diversæ sunt, & nunquam inter se permutari consueverunt. Nec  
 ideo verum est, quod non nemo scribit, eandem urbem prius Jebus  
 mox Salem, postea Jerusalem vocatam. Nam usq; ad Davidis tempo-  
 ra superioris civitatis habitatores, quæ in monte Sion erat exadificata,  
 Jebusæi dicti sunt, & urbs ipsa Jebus, ut liquet ex historia sacra, quo eo-  
 dem tempore inferior urbs, quæ olim Salem dicta fuerat, Jerusalem di-  
 cebatur. Itaq; vix intelligi potest, quâ ratione aut superiori urbi nomen  
*Salem*, aut inferiori *Jebus* cõmutatata nomina tribuerentur. 26. Forma  
 dualis duas notat, opinor, de sententia virorum Doctorum, Civitatis  
 partes; quin & geminam Pacem, videlicet tam *Corporalem*, quàm *spiri-*  
*tualem* & præterea plerumq; (.) absq; **י** expresso ponitur, ne **ב** servile esse  
 videatur. 27. Ab ignorantia sanctæ linguæ esse rectè judicat Bodinus Me-  
 thod. Hist. cap. 4. m. pag. 86. quòd Nic. Damascenus Hierosolyma q.  
*ἱεροσόλαι, παρὰ τὰ ἱερὰ σολεῖν* dici putat. Ex eadem causâ Eusebius  
 Lib. 9. Evang. præparat. tradit, Hierosolyma, q. *ἱερὸν* (templum) Sa-  
 lomonis appellari. 28. Instructis contra Hierosolymam copiis ve-  
 nit Nebucadn, **וַיִּצַר עָלֶיהָ** & *obsedit eam.* **וַיִּצַר** *ob tractum Accentum*,  
 aliàs **וַיִּצַר**, à **צַר** *comprimere*, coarctare; frequentissimè cum **עַל** jun-  
 ctum suo casui *artissimè* significat *obsidere*; ut evidenter hic reddas. Et  
*artissimam obsidionem instruxit*, seu cum Gellio loqui malis, fecit, *con-*

ita eam. Optime illud 70. Verbo πολλορκειν expresse-  
 rum cum יצר ligavit, & יצר finxit, formavit, cognationem habet. De Præ-  
 positione על, quæ est ab עלה, ut notissimæ & significationis, & con-  
 structionis, non est, ut Verbum addamus.]

**IIX.** Alterum est, quòd Dominus Jehojaki-  
 mum, Regem Judæorum, & partem Vasorum do-  
 mus DEI, in manum Nebucadnezaris tradiderit.

[ 1. De quo Propheta: *Et tradidit Dominus in manum ejus Jehoja-  
 kimum Regem Jehuda, & partem vasorum domus Dei.* 2. נתתו Et tradi-  
 didit: ex נתתו & נתתו dedit, tradidit: generalissimè de ista dicitur a-  
 ctione, quâ quis alicui quocunq; modo aliquid dare seu tribuere dici-  
 tur sive bonum, sive malum, idq; tum reipsa conferendo, & inferendo,  
 quomodo Deus Abrahamo dicit: Patrem multitudinis gentium נתתיך  
 dedi (constitui) te Genes. 17. 5. de templo item suo נתתי & dabo (ef-  
 ficiam) domum hanc, ut Schiluntem Jer. 26. 6. tum permittendo, & im-  
 putando. Ut לא נתת Non dedit Sichon Israellem transire per termi-  
 num suum Num. 21, v. 23. non permisit Israheli. Et de Jobo: לא נתת  
 Non dedit (tribuit, imputavit) stultum quid Deo Job. 1. v. 22. Conf. Gen.  
 42. v. 30. 1. Sam. 1. 16. 3. Phrasis נתת בידו usitatissima est, de eo, qui tradit  
 aut permittit aliquid alicujus potestati, Nam יד est à ידתי jecit (quemad-  
 modum אב ab אבה) & significat propriè Manum; κατὰ μεταφορὰν  
 potestatem, vim & potentiam, aliquid agendi. Quo sensu Jehova  
 omnes Israelitarum hostes in manum eorum dedisse dicitur  
 tota eorum castra, in manum Gideonis Jud. 7. v. 14. 15. Opposita phra-  
 sis est Dan. 8. v. 4, 7. & alibi passim. מידך מצייל Nullus è manu tuâ  
 eripiens Job. 10. v. 7. Alios loquendi modos, quos vocabulum יד pa-  
 rit, insigniores huc non vocamus. 4. Nomen ארץ est ab ארץ  
 Fundamentum, Basis. Hinc ארץ proprie dicitur, qui, quos basis in-  
 stat, aut columnæ portat ac sustentat, iis præest cum imperio. Eum vo-  
 ce notissima κύριον, Dominum, dicimus, aut, si malis, Dominatorem.  
 Quia verò Deus seipso absolutissimè ἀκίνητος subsistit, omnium Domi-  
 nus, omnia gubernans ac sustentans τῶ πῆματι τῆς δυνάμεως αὐτῆς  
 Hebr.

Hebr. 1. 3. quis dubitet, quin illi *κυριως καὶ ἐξόχως*, hominibus autem,  
 quin & Angelis, *δευτέρως καὶ ἀναλόγως* nomen **יְהוָה** competat? s.  
 Inde deductum est **יְהוָה** quod Sixt. Amama compositum esse existimat  
 cum affixo primæ personæ plur. num. & subindè etiam creaturis tribui  
 quando Kamets habet ex pausâ, Antibarb: p. 509. sed, nullum, scio,  
 nullum ex toto codice Biblico locum dabit, ubi **יְהוָה** sive in pausâ, sive  
 extra pausam, vel semel, (nedum crebrò, aut subindè) Creaturis tribua-  
 tur. Deo autem, non tantùm ut proprium, sed etiam ut *Nomen* pro-  
 prium, tribui vel indè ad oculum patet, quod nec rationem regiminis,  
 nec **יְהוָה** uspiam admittit; & constantissimè construitur cum verbo,  
 vel adjectivo singulari: quas, maximè, si junctim accipias, *Nominis*  
*proprii* notas esse certissimas etiam tyrones norunt. Proindè, neq; cum  
 suffixo compositum, nec plurale est; sed nomen singulare absolutum,  
 & proprium: Cui hactenus nihil commune cum **יְהוָה**, **יְהוָה**, **יְהוָה**,  
 & paucis similibus, quæ sub formâ constructâ absolutè usurpari, Gram-  
 matici tradunt: sed singula, non nisi semel, idq; *ἀνομάτως*: quanquam  
 nec ratio regularia, & constructa esse adferenti, deesse possit. At  
**יְהוָה** proprium DEi nomen, atq; adeò semper ita legitur, nec uspiam  
 variat. **יְהוָה** quod sic semel tantùm Gen. 19. v. 2. nec uspiam ampliùs,  
 in totis Bibliis, ut Masorethæ etiam observarunt, habetur, non ab **יְהוָה**,  
 sed plurale cum Suffixo est ab **יְהוָה**, quod & Creaturis tribui, & formæ  
 ab isto diversæ esse, manifestum est. 16. Terminationem  
 habet **יְהוָה** planè peculiarem, cum Kamets videlicet ante  
 Jod; cui geminam tota lingua non habet, nisi per rationem accentus:  
 solam ejus causam Amama contendit esse *διάκλεισιν*, ut nimirum di-  
 stinguatur ab **יְהוָה**: Imò etiam, inquam Ego, ut nomini *ἀκοινωνήτω*  
**יְהוָה** conformatum, soli Deo vendicetur. Id rectè contra Drusium do-  
 cuit Nic. Fullerus in Miscellaneis. 7. Unius veri Dei proprium esse,  
 non minùs atq; ipsum **יְהוָה**, ex istis 134. Scripturæ locis, quos accu-  
 ratissimè notarunt, & tum passim alibi, tum etiam h. l. per **יְהוָה** nu-  
 merarunt Masorethæ, vel maximè patet. Nam aliis 222. (quorum me-  
 moriale **יְהוָה** Hebræorum Critici ex Psal. 68. v. 18. esse voluerunt) Io-  
 sis, quibus *τῶ τετραγράμματο* (sic vocem **יְהוָה**, quasi *τεχνικῶς*,  
 C a vocant)

vocant) junctum, velut appellativum, ut vulgo loquuntur, Deo vero competere videri queat, quæ admodum אֱלֹהִים, מַלְאָכַי, & similia plurima. Istud autem locum non habet, ubi אֱלֹהִים, per se solum, sine יְהוָה, positum, nihilominus uni vero Deo tribuitur; quod in omnibus istis 134. locis usq; adeo fieri manifestum est, ut Targum illud passim, maxime, ubi dubium oriri queat, per proprium Dei nomen יְהוָה in hunc modum יי expresserit. 8. Et hæc vera est ratio, cur Masora, nomen אֲרָבִי וְרֵיבָא קִלְרָא in istis 134. locis יי certum vocat & confessum. Adonai certa sunt 134. sic habet Masora finalis, in Ordine אָךְ. Vide sis etiam Masoram textualem Esa. 38. v. 16. Nimis autem ineptum est, quod tùm alii s, tùm Sixt. Amama tantoperè placuit, dici יי, quod puncta illius confessa sint & certa; non incerta, ut יְהוָה אַנְטִי־בָרְב. Bibl. p. 509. En! Pronomen secundæ Personæ est יי, id vices semel כִּי reperiri, & ista יי כִּי confessa esse, itidè notavit Masora finalis in ordine literæ ה. Numquid ergo כִּי illud propterea etiam יי vocavit Masora, quod punctum ejus certum sit? Non credo equidem; sed, quod כִּי quibus in fine additur, dictionem, atq; adeo Pronomen suffixum, non autem terminationem earum propriam esse, sit in confesso. 9. Arctè ergo tenemus, quod illa אֲרָבִי קִלְרָא sint יי ut diximus. Præcipua difficultas est Gen. 18. v. 3. Ubi tres Abrahamo apparuisse dicuntur viri, quorum unum אֲרָבִי vocavit Patriarcha, quem DEum verum nondum agnovisse videtur; alioquin ipsum non iavitaturus, ut pedes ablueret, & cibo potuq; se reficeret: quibus Deum nullatenus indigere præclare noverat. Fortè Lotus etiam creatum Angelum אֲרָבִי vocavit Gen. 19. v. 18. 10. Ast benè habet: dùm Scriptura duos quidem, è tribus istis, qui Patriarchæ in forma trium virorum apparuerunt, angelos creatos Gen. 18. 22, cap. 19. 1, Hebri3. 2. tertium verò ipsum verum Deum fuisse nimis evidentè demonstrat. Et quis verum Deum, qui expressè יְהוָה Gen. 18. v. 1. 13, 17. 20. 22. 25. 32. Gen. 19. v. 24. 27. qui iudex universæ terræ Gen. 18. v. 25. celebratur; qui iudicium justorum & injustorum; qui potestatem hominibus remittendi & irrogandi pœnam, & quidem singularem atq; extraordinariam ἀποκροτορικῶς: qui precum exauditionem, & alia ejusmodi, sibi vendicat Gen. 18. v. 19. 20. 23. 24 &c. Gen. 19. v. 20. quis, inquam, hunc verum Deum esse neget?

11. Fac jam, Abrahamo non fuisse mox cognitū; quid tum? Non quaeritur  
 utiq; quid Abraham sciverit, quid minus: sed annon fuerit verq; Deus, cui  
 ille nomē אֱלֹהִים tribuit, quod nos unq; veri Dei propriū esse defendimq;  
 Tum verò Moſi, credo, ubi, quem Patriarcha, nescius, quis eſſet, peculia-  
 riter allocutus eſt, verum Deum, in formā Viri auſtiorē ſe manifeſtan-  
 tem, perſpicuè demonſtrare voluit, per nomeu אֱלֹהִים, non tam ignoran-  
 tiæ loquentis, quàm ipſius rei veritati accommodatum, facere licuit.  
 12. Cæterū, undè quis de ignorantia Abrahami nobis fidem faciet? ſi  
 nonquam ante Jehova Patriarchæ viſus fuiſſet, non uſq; adeò nulla eſ-  
 ſet Cauſſa dubitandi. Nunc, quū contrarium luculenter conſtet ex  
 Gen. 12. v. 1. 7. Cap. 17. v. 1. (Conf. Gen. 16. v. 1, 2. &c.) profectò, quem  
 cum tantā veneratione, ſtatim initio nomine Dei proprio vocavit Gen.  
 18. v. 1. nihil cauſæ eſt, cur eum eſſe, qui verè erat, nesciuiſſe ſtatuatur  
 Abrahamus. 13. Nobis proindè inprimis eorum placet ſententia, qui  
 ſtatuunt, Abrahamum, quū exiſtimaret, duos à Domino, ſeu filio Dei,  
 ad ſe peregrinos adduci, eorum gratiā à Domino, quem ſtatim cogno-  
 verit, petiſſe, ut, ne tranſirent, ſed ad ſe diverterent, pedes abluerent, &  
 itineris moleſtiā feſſi, cibo ſeſe potuq; reficerent. Omnes illa difficul-  
 tates expediſſimè tollit, & vi verborum textus ſacri validiſſimè con-  
 firmatur. 14. Nec Lotus Angelos creatos, quos quū alloqueretur,  
 בלשון חור, ut Rabbinii diſcernunt, dicebat אֱלֹהִים Gen. 19. v. 2. ſed ipſum  
 Angelorum Dominum, בלשון קרא, vocavit אֱלֹהִים, qui poſtquam  
 ab Abrahamo abierat, Sodomam everſurus, ut dixerat Gen. 18. v. 20.  
 et. Loto, cum uxore atq; filiabus, Sodomam, ducibus Angelis, jam egreſ-  
 ſo ipſe etiam apparuit, præcipiens, (וַיֹּאמֶר) ut fugeret ad montem,  
 quem oſtendit, & fugā celerrimā ſuæ, ſuorumq; ſaluti conſuleret. Gen.  
 19. v. 17. Ab hoc peculiariter ut Zoar conſervaretur, & ſibi eò fugere li-  
 ceret, & petiit, & impetravit. Ideò locutus quidem Lotus eſt אֱלֹהִים  
 ad eos, ad Dominum, & duos ejus Angelos; ſed ita, ut ſtatim ſingulari-  
 ter orationem ad eum converteret cui ſupremam vitæ & necis tribuit  
 poteſtatem, qui preces ejus exaudivit, & Zoari in gratiam ipſius peper-  
 cit; qui verus Jehova à Jehovâ, de cælo miſſâ ſulphuris & ignis pluvia,  
 Sodomam, ac totum iſtum tractam funditūs perdidit. Gen. 19. v. 18. &  
 ſeqq. atq; iſ omni procul dubio verus fuit & æternus Deus. 15. Hic,  
 quū omnia in ſuâ manu poſita habeat, & adhuc Regnum Judæorum



adversus omnem hostium vim potentissimè protezisset ac defendisset  
 manu suâ, jam enormibus eorum sceleribus nimium quantum offensus  
 Dominus, in manum Nebucadnezaris tradidit Jehojakimum Regem  
 Jehuda; & *Partem vasorum domus Dei*. Justo nempe judicio Deus Ne-  
 bucadnezari potestatem concessit, non tantùm בְּכֶתֶר בְּלִכּוֹת in re-  
 gnum, ac Regem populi sui; sed & eousq; בְּכֶתֶר בְּהַמָּה in ipsam Sacer-  
 dotii coronam, ut partem vasorum sacrorum abstulerit. 16. וּמִקְצֵת  
 Notam habet Masorethicam ׀, quod significat, bis hanc vocem legi  
 cum Kamets in fine, ubi ἀναλόγως, per rationem scilicet regiminis, de-  
 bebat habere patach. Alter locus est Neh. 7. v. 70. ubi Masora expressè  
 habet כְּמִצֵּוֹךְ כּוֹלְהוּךְ, ut hanc vocem, ubicunq; occurrit, cum Camets  
 esse sciamus, nec uspiam cum patach inveniri, ut quidem Polanus Com-  
 ment. in Daniele putavit, qui & ׀ pro ׀ hoc loco legit, nec omninò  
 verum notæ hujus sensum est adsecutus. 17. וְקָצַף Radix est, *amputa-  
 vit, pracidit*, succidit: differt à קָצַף *Divisit*, partitus est, maximam au-  
 tem cognationem habet cum קָצַף. Indè tùm alia, tùm קָצַף, quod  
 quidem sine præpositione, aut præfixo *partem* significat, & *quosdam*, ut  
 וּמִקְצֵת pars vel quidam eorum; at cum præpositione, aut præfixo si-  
 gnificat *finem*: Et huc referri debet, quod legitur Dan. 1. v. 5. וּמִקְצֵתָם  
 atq; à fine illorum sc. annorum, vñnd darnach rectè B. Lutherus, non  
 autem pars eorum, puerorum sc. etliche von den Knaben/quemadmo-  
 dum Schindl. vult in Lexico; ut & Dan. 1. v. 18. וְלִמְקָצֵת. Diversum  
 ab isto Nomen est וּמִקְצֵת pars, quod non nisi duobus istis locis usurpasi  
 Masora confirmat. 18. Vox בְּלִים in Regim. בְּלִי *omni generis Vasa*  
 seu instrumenta significat, quorum usus est in rebus vel gerendis, vel re-  
 cipiendis, quomodo & Corpus nostrum σκεῦμα 1. Thef. 4. v. 4. & Ar-  
 miger בְּלִים נְשִׂאָה 1. Sam. 16. v. 2. 1. Sam. 31. v. 8. vocatur. Instrumenta  
 domus Dei, quorum usus erat in administrandis sacris in templo Domi-  
 ni, de quibus Eld. 1. v. 7. & seqq. Singulare est בְּלִי à בְּלָה *confectus s.  
 absolutus fuit*, perfectamq; significat vel consummationem, vel consum-  
 tionem. 19. בֵּית in Regim. בֵּית in Plur. בְּתִים præter morem,  
 ut distinguatur à בְּתִים (quod est à בַּת Bathus) & tamen ׀ ejectum  
 per Dages ritè compensetur. Primitivum esse placet, ut בֵּית, חוּל, וּרֵשׁ  
 & similia. *Domus* significatio ejus *propria* est. Deinde, καὶ τὰ μετὰ Φεράου  
 periinde

perinde ut Latinum Domus, quodcunq; habitaculum, & receptaculum;  
& per Metonymiam, ad familiam, populum aut gentem transfertur.  
Insuper particula ם originem dedisse videtur; Particularum certe na-  
turam nonnunquam induit, & significat, in, intra, intrinsecus, ut mani-  
festissime patet ex Gen. 6. v. 14. Lev. 18. 9. Num. 18. 7. Sed huc referri  
nolim Prov. 9. v. 2. ut בית נתיבות sit in *semita*. Nam cur non tan-  
quam בית in domo, seu potius in loco *semitarum*, ut ם ab initio ver-  
sus repetatur? Nam & Linguae hujus consuetudo ejusmodi repetitio-  
nem sapere requirit; & Ellipsis praefixi ם ante בית non caret elegantia.  
In *versite*, igitur, inquit Salomon, *excelsorum juncta viam, in loco semita-  
rum* (ubi multae sunt semitae) *stans*, sc. quae veram salutis viam publice  
docet sapientia. *Domus DEI* dicitur tum Ecclesia 1. Tim. 3. v. 15. ac  
passim alibi; tum omnis locus, ubi suam Deus praesentiam peculiari  
gratia demonstrat Gen. 28. v. 15, 16, 27. Hoc loco בית האלהים est  
templum Hierosolymitanum, in quo Deus, tanquam in sacro sancta do-  
mo sua, in medio populi sui, habitabat 2. Par. 6. & 7. 20. האלהים De-  
um verum designat. *ה* est הידיעה seu Articulare, ut vocant: quod  
quoties preponitur dictioni monosyllaba, a Gutturali, vel ר, aut etiam Poly-  
syllaba ab א, ע, vel ר, non Camet satis incipienti, semper habet Camet.  
אלהים Plurale est; cujus singulare אלה quod saepius אלה legitur;  
sed nusquam אלה in toto Codice sacro. Chald. אלה, אלה. 21.  
Primitivum esse argumento constat evidentissimo. Nam suae simpli-  
citer originis est, nec vocem agnoscit priorem, unde derivetur. Scio,  
quantoperè nonnullis probetur, derivari ab אלה inusitato, quod in-  
terpretatur *adoravit*, idq; ex Arabico אלה coluit, adoravit. In eorum sen-  
tentiam pedibus irem, si Nomina promiscuè omnia deflecterentur à  
Verbis, nec ulla darentur Primitiva. Sed cum hoc manifestè falsum sit,  
nec ullum Verbi אלה in Lingua Sancta vestigium existet; arabicum  
potius אלה ab אלה venerando Dei nomine fuerit formatum; pro-  
fus ut Arabicum אלה ab אלה, aut, si mavis, ab אלה, ut אלה Chal-  
daicum Canduit, à אלה αλφός, macula albicans, ut אלה Syriacum  
unxit, à אלה aroma; & alia ad eundem modum plurima. Neq; e-  
nim Hebraea, credo, mater originem suam filiae acceptam feret Arabica.  
22. Nimis enormiter in ipsa rudimenta impingunt, qui vel ab אלה, vel ab  
אל

44 esse contédunt. Nā prorsū inauditū est Grammatico rē filii, alias aut  
 plures in derivato literas esse, quā in ipsā radice. Deniq̄, quo minū ab  
 אלהי derivatum esse cum aliis nonnullis statuamus, facit, quod in אלהי  
 mobile est, in אלהי autem quiescit. 23. Manet ergo אלהי ut diximus,  
 verē *primitivum*; Eum *proprie* significans, cujus summa atq; adeo infini-  
 ta Majestas est, per quā omnia creavit, omnia conservat, omnia pro arbi-  
 trio justissimē judicat & moderatur; quā omnes omnino Creaturæ agno-  
 scunt, metuunt, venerantur; quam meritō nos in primis homines pari-  
 ter omnes, summi, infimi, medioximi, summā fiduciā colimus, toto  
 pectore timemus, & adoramus. Et qui *Φύσει*, per naturam, seu per  
 essentiam talis existit, verē ac *proprie* Deus est, cujus Nomen Proprium  
 יהוה vocatur & אדני. Istam vocis אלהי significationem esse genuinam  
 ac propriam, quisquis omnia ejus in Scripturis prædicata non perfun-  
 doriē consideraverit, nullo negotio deprehendet. Unde consequitur,  
 aut omnino falsam, aut certē non satis rectē intellectam, quæ Rabbino-  
 rum pervulgata, & ex Psal. 56. v. 12. desumpta esse perhibetur, senten-  
 tiam; quā in אלהים esse כדת הדין proprietatem judicii adseritur,  
 seu stricti juris; in יהוה autem כדת הרחמים proprietatem miserationis.  
 num. Targum certē Psal. 56. v. 12. sic *וּמְדַבֵּר*:  
 כַּמְדַּבֵּר דֵּינָא דֵּי אֱלֹהֵי אֲשַׁבַּח בְּמִסְרֵיהּ בְּכֹדֶת (בְּמִשְׁחָתָהּ)  
 Regia): רַחֲמֵי דֵּי אֲשַׁבַּח בְּמִסְרֵיהּ. Atqui nihil illis subsidii est in  
 his verbis, quæ sic habent: *Propter rationem (modum) judicii Dei,*  
*celebrabo verbum ejus: propter modum miserationum Domini celebrabo ver-*  
*bum ejus*: Unde quidem elicitur, quod Deus (אלהים) justē judicet,  
 & Dominus (יהוה) misericordiam exerceat. Sed nihilō firmitus indē  
 colligas, quod אלהים præcisē judicij, יהוה, misericordiæ signifi-  
 cationem habeat, quā ex Psal. 116. v. 5. ubi Dominus (יהוה) dicitur ju-  
 stus, & Deus noster (אלהינו) misericors, contrarium. 24. Usurpatur  
 autem vox illa de uno vero Deo, non tantū in singulari, sed & in num.  
 plurali, & tūm sibi jungit verbum, vel adjectivum quodvis, modō plu-  
 rale Gen. 20. v. 13. Jer. 23. v. 36. Jos. 24. v. 19. modō singulare Gen. 1. v.  
 1, 3, 4. & alibi per totam Scripturam frequentissimē. Id absq; ullius pro-  
 fundioris fieri intuitu mysterii, ex consuetudine Linguæ (מדרך הלשון)

per-

pertinacissimè Judæi, SS. Trinitatis perduelles, contendunt. Quibus  
 ex Pontificiis & Calvinianis non pauci magno applaudunt studio, ut Ca-  
 jetanus, Pererius, Bellarminus, Calvinus, Paræus, & præcipuè Drusius, tū in li-  
 bello de Elohim, tū alibi passim. Nempe, nihil ajunt, in hac linguâ usita-  
 tius quàm plurale pro singulari venire, idq; vel Verbo jungi, vel adjectivo,  
 singulari, cujus exemplū vel hoc ipsum nomen, de Diis alienis usurpatum  
 suppeditare possit Exod. 20. 3. **לֹא יְהִי לְךָ אֱלֹהִים אֲחֵרִים** Non sit tibi  
 Dii alieni. 25. Illis fortissimè nuper contradixerunt, qui omnes o-  
 mnino **ἀλλοιώσεις καὶ ἐναλλαγὰς** à stylo sacro abesse publicè pugna-  
 runt; quos certè, quatenus nulla in sacris Enallage nec iavenitur, nec  
 admittenda est, cujus certum in re ipsa fundamentum monstrari ne-  
 queat, eatenus verum defendisse negari non debet. Nam certitudini  
 Scripturæ quid fiat, si cuivis liberum sit, anomalias pro arbitrio singen-  
 di, sub nudo, quod sic ferat usus linguæ, prætextu? Et an verisimile  
 est, in Scripturis, ubi ne minimum **ἴωτα** parvi faciendum, vel unū **ῥῶτα**,  
 aut ullam **νεοσίαν** frustra positam, nedum tam evidentem **ἀνομαλίαν**  
 sine gravi causâ admissam esse? Id quum animadverterent Judæorum  
 Rabbini, diversas **ἀνομαλίας** illius rationes dederunt, quarum quædam  
 probæ sunt, quædā nihil minùs. Quædo de se loquitur Deus **בלשון רבים**  
 seu Numero plurativo, Gen. 1. v. 26. & alibi, illud fieri tradunt **כבוד**  
 per modū honoris. **רַבִּק** in Michlol Regulam format generaliorè, quam  
 peculiariter de Voce **רַבִּק** repetit Esa 19. v. 4. in hanc sententiam, *Quod*  
*nonnulla inventantur in plurali de uno dicta, honoris causâ: Ita enim inquit:*  
**יֵשׁ שִׁבְוֹנוֹ בְּלִשׁוֹן תְּפִאֲרַת לִיחִיד** Et confirmare nititur ex Job. 18.  
 v. 1. 3. Cant. 1. v. 4. 2. Sam. 16. v. 20. R. Bechai in Gen. 1. 26. addit Gen.  
 29. v. 27. Num. 22. 6. Dan. 2. 36. Ast ea ratio nulla est: quum neq;  
 per hæc exempla, (quæ verè pluralem sensum habere nonnulli ex ipsis  
 Judæis pridem viderunt, & cuivis paulò attentiori facillè patet,) neque  
 per ullam aliam Scripturam solidè confirmari possit, unum quempiam  
 in Sanctâ linguâ, de se, quatenus unus est, in plurali locutum esse; ut  
 ejusmodi consuetudo Orationis in aliis linguis obtineat. 26. Quin imò (1)  
 Constans linguæ sanctæ consuetudo est, *ut vox singularis unum, pluralis u-*  
*na plura certâ ratione significet.* Non negamus, sæpè de pluribus singula-  
 re usurpari; & vicissim, de uno plurale. Sed tum plura illa collectivè ut  
 unum; & unum hoc, quatenus plura vel respicit, vel complectitur, ne-  
 cessariò sumenda sunt; adeò, ut qui istud non attendit, vim vocum, quin

D

&

& integri scèpè textus sensum, nequaquam plenè adsequatur. E. C.  
 אֱלֹהֵי מִי דֵּי עָשָׂה Deum *factores mei*, iuquit Elihu Job. 35. v. 10. ita DEUM, qui  
 fecit hominem, unum esse testatur, ut simul sit plures, idq; de plurali-  
 tate personarum in unà Deitate, tota constanter intelligit Orthodoxa  
 Ecclesia. Ex. 21. v. 1. & seqq. Sp. sanctus per Mosen de jure Dominorū He-  
 bræorum in servos & ancillas Hebræas agens, aliquoties de uno Domino  
 pluraliter, loquitur v. 4, 6, 8. Numquid honoris causa Sp. sanctus de homi-  
 ne, de quo servus ibi suus אֲדָמָי inquit v. 5. in singulari? Absurdissimè! An  
 absque omni ratione? Nihil minùs. Legem Deus per Mosen tulit, quæ ita  
 singulos obligaret Dominos, ut pariter omnes, idè ἀλλήθροικῶς  
 loquitur, & vocat אֲדָמָי: servus autem suum singulariter respicit Do-  
 minum. Hæc ratio in mandatis & constitutionibus divinis ubiq; mi-  
 litat. 1. Reg. 16. v. 24. Schemer dicitur הָהָר שְׂכָרוֹן Domini mon-  
 tis Samariæ, quo significatur, non hunc unum solum, sed *inter* & post  
*multos* hunc maximi nominis possessorem ac Dominum montis istius  
 fuisse, ex quo monti, ac deinceps civitati regis nomen cesserit. Simi-  
 lia deprehendet in omnibus, quisquis sacra legerit cum attentione: quæ  
 ut semel, atq; adeò summam illi defungantur, ita *linguæ movem esse* in-  
 culcant; idq; tanto Drusus in primis cum supercilio. ut homini, qui i-  
 stud nescit, extremæ notam ignorantis impingere non dubitet. Not. in  
 Job. ad Cap. 31. v. 39. Ipsi profectò Judæi, qui mero mysterii S. S. Tri-  
 nitatis odio talia primùm excogitarunt, aliquantò religiosius, si dicere  
 licet, causam hanc agere videri queant. Quævis enim Linguæ idioti-  
 smum (quem vocant רִרְרָה הַלְשׁוֹן) subindè crepent; non tamen ita  
 crudè illum ingerere audent, ut plurale pro singulari, sive peculiariter  
 in nominibus Domini, אֲדָמָי & בְּעַל, aut etiam אֲדָמָי, sive in reliquis,  
 ex solâ linguæ sanctæ proprietate usurpari confirmet: sed magno stu-  
 dio fundamenta conquirunt ejus, quam dicunt, proprietatis, & semper  
 voci pluralis multitudinem in ipsâ re substernere nituntur. Hinc No-  
 mina Domini non tantùm honoris ergò, sed מְרַבֵּי כְּבוֹד & ob mul-  
 titudinem virium ac potentis magnatum πληθυντικῶς efferri docent.  
 Alia omitto passim obvia. Quæ diximus, abundè probant, *Ipsa quoq;  
 Domini nomina בְּעַל, אֲדָמָי, quoties pluraliter usurpantur, sensum certâ  
 ratione pluralem obtinere, contra, quàm sentit Drusus, dum: Tria, in-  
 quit, sunt, quorum terminatio pluralis, & sensus singularis; Nam duo-*  
 bus

bus illis addit vocem אלהים. At enim etiam hanc pluralem sensum  
 habere, ipsa pluralis adeò evidenter arguit terminatio, ut æquè absur-  
 dum homini sanæ mentis sit contrarium, ac si אלהים sensum pluralem  
 habere fingas; nisi sufficientem adferas rationem diversitatis. Et quid ais?  
 An semper אלהים significacionem singularem habeat etiam tùm, quan-  
 dò inquit אלהים *Faciamus* hominem in imagine *nostrâ*, juxta similitu-  
 dinem *nostram* Gen. 1. v. 26. Et, ecce homo est, tanquam unus ex *nobis*  
 Gen. 3. 22? Sed ibi sensus pluralis adeò manifestus est, ut & Judæi, &  
 Photiniani Creaturas in Essentiæ & operum, soli Deo propriorum,  
 communionem admittere malint absurdissimè, quàm tantam veritatis  
 lucem negare. Tacco, quòd pleriq; omnes, Vocem אלהים de vero  
 Deo usurpatam, quoties plurali jungitur, sensum pluralem, ceu propri-  
 um, retinere, publicè fatentur. Tanta sc. est vis veritatis! Vide sis 1.  
 Sam. 4. 8. 7. Sam. 7. 23 & confer Jer. 10. 10. An ergò in nonnullis tan-  
 tùm Scripturæ locis? Id licet concedamus, insignis tamen ἀνευλόγητα  
 fuerit, nomen verè plurale, non pluralem, sed simpliciter singularem sen-  
 sum habere; quam ut in textum sacrum admittamus, non levibus con-  
 jecturis, sed ejusmodi rationum momentis demonstranda est, quibus ne-  
 mo verè contradicere possit. Eam nisi rationem constanter teneamus,  
 nihil tandem certi in toto Scripturæ Corpore relinquetur. Scimus de Uno  
 aliquoties *idolo* dici Vocem אלהים. Ejus una ratio est, non, quòd vim  
 terminationis amittat, sed quòd tua gentiles idola colebant locò veri  
 Dei, qui verè est אלהים חיים Jer. 10. v. 10. Ejus loco colebant suum  
 Dagon Philistæi, cujus simulachrum partim hominis, partim piscis fi-  
 guram habuisse veterum monumenta testantur: quo, si conjecturis lo-  
 cus est, terræ ac maris Dominum significare voluerunt. Ejus loco suum  
 Zidonij Astaroth; suum Moabitæ Camos: suum Ammonitæ Milcom  
 colebant 1. Sam. 5. 7. 1. Reg. 11. 33. & suum singuli dicebant אלהים,  
 non, quòd plures esse putarent, idolum, sed eum, quem in idolo singuli  
 suo venerabantur, plures esse, majorum, procul dubio, traditione famâq;  
 acceperant, & similem ejusmodi idolis, foedissimi erroris opinione, sta-  
 tuebant, de quo Esa. 40. v. 17. & seqq. Act. 17. 29 Rom. 1. v. 19, 23, 25.  
 Nimis id perspicuum est de Vitulo Israelitarum, quem itidem unum  
 illi vocarunt אלהים, non, quòd idolum istud, Deum esse existimaverint;  
 sed quòd in isto peculiariter præsentem fixerint, & coluerint simula-  
 chro, verum Deum, qui eos eduxerat ex Ægypto, & verè est, ut diximus,

**אלהים**. Quare festum illius cultui destinatum Aaron Jehovæ festum  
 vocare non dubitavit Conf. Enod. 32. v. 1. 4. 5. Sic sc. cæci Gentiles ve-  
 rum se Deum in idolis singuli suis colere persuasi erant; & ista erat in-  
 ter Eliam & Baalitas quæstio, An Jehova, quem Elias, & reliqui ado-  
 rabant Israelitæ, an vero Baal, quem Baalitæ in idolo, aut idolis, Baal,  
 colebant, esset **אלהים** seu verus Deus? ut evidenter patet ex 1. Reg. 18.  
 v. 21. & seqq. *De spectro* quod speciem Samuelis præbebat, Vidi, inquit  
 Pythonissa, **אלהים** 1. Sam. 28. 13. Ubi non malè Kimchius: **כרו**  
**אלהים**. Quamvis alij de pluribus imaginibus, (seu spectris nu-  
 merum multitudinis heic interpretetur. *De unâ Arcâ* dicit 1. Sam. 4. 7. hal-  
 lueinatur Buxtorfius in Lexico. Neq; enim arca ibi dicitur **אלהים**;  
 sed, quod, quia arca Jehovæ in castra Israelitarum translata erat,  
**אלהים** in castra venisse dixerint; nim. quia Deum arcæ fœderis præ-  
 sentissimum esse non dubitabant. *Deniq;* singulas Divinitatis Personas  
**אלהים** vocari præcipuam habere difficultatem videtur. Quis enim  
 istud neget? Etiam si ex Gen. 1. v. 2. probari non possit: ubi, sanè **רוח**  
**אלהים** non Spiritus Deus, quod non æmini placuit, sed Spiritus  
 Dei (Patris & Filij) reddi debere vel ex Psal. 33. v. 6. discas, & vulgo no-  
 tum est. At enim de sola Personâ Patris, oppositè ad Personam Filij, ac  
 vicissim Psal. 45. 8. dicit **אלהים** manifestius est, quàm ut negari pos-  
 sit. Verùm enim verò ne sic quidem sensum præcisè singularem habet;  
 sed Deus Pater dicitur **אלהים** quat. ( ut hoc nobis Theologi de suo  
 largiantur) *ἐκ θεότητος* eandem habet Essentiam, majestatemq; divinam,  
 quam Filius habet *θεότητος*, & Spiritus sanctus *ἐκ προεστῶτος*; quæq; ex  
 se pluribus, nempe omnibus tribus Divinitatis Personis est communis.  
 Quàm verè igitur singulæ Trinitatis Personæ Essentiam habent & ma-  
 jestatem omnibus tribus Personis communem, tam verè sunt **אלהים**  
 Præcipua discussimus omnia; nec peculiarem habet difficultatem,  
 quòd Jud. 13. v. 22. de uno Angelo dicit movet Buxtorfius. Angelus enim  
 ille non tantùm **אלהים** sed & **יהוה** vocatur Jud. 13. v. 23. ut *Angelum*  
*non creatum, sed increatum*, ipsum nempe filium Dei, agnoscas. Proindè,  
 quæ uni, inquis, tribuuntur, sensum habent singularem, etiam si termi-  
 natione sint pluralia. Nos contrà, quùm in uno multa plerumq; sint,  
 non, quæ uni tribuuntur, sed quæ unum, quat. unum, significant, sen-  
 sum habent singularem, quod profectò non præstant, quæ termina-  
 tionem

tionem pluralem habent, nisi forte singulari penitus destituantur. Præterea, (2) In sensu collectivo & distributivo solemnè est Hebræis discrepantia Numeri. Ut sc., & in multitudine unitas, & in unitate multitudo, non minùs eleganter & nervosè, quàm breviter ac distinctè exprimeretur. Exempla sunt: וַיַּעֲנוּ כָל־רִקְקָהְל Et responderunt tota congregatio (i. e. omnes & singuli) totius coetus Eisd. 10. 12. וַיַּעֲלוּ כָל־הָעָם 1. Reg. 1. v. 40. וַיִּמְדוּ לָאֱלֹהִים לֹא יִהְיֶה אֲחֵרִים Pastores eorum non (nullus Pastorum) parcat. Zach. 11. 5. בָּרָא אֱלֹהִים Creavit omnes & singulæ unius Divinitatis Personæ Gen. 1. v. 1. וְיָדִיקִים וְיָדִיקִים justi ( unusquisque justorum ) confidet prov. 28. 1. Innumera ejusmodi Scriptura suppeditat. Et huc referri debent Verba præcepti divini לֹא יִהְיֶה לְךָ אֱלֹהִים אֲחֵרִים Non sit tibi Dii, alieni i. e. Ne ullus quidem Deorum alienorum Exod. 20. v. 3-4. Dic, singulare pro plurali positum, aut contra; jam omnem Orationis vim & elegantiam perdidisti. Sed de istis plus satis. 27. Quamvis autem nomen illud propriè soli vero Deo sic in Scripturis vendicetur, ut præter Jehovam, aut אֱלֹהִים aut אֱלֹהִים inveniri expressè negetur Psal. 18. 32. Jes. 44. 8. Deut. 4. 35. 1. Reg. 8. 60. Impropriè tamen sunt qui dicuntur אֱלֹהִים, ob majestatem sc. divinam, quam partim referunt ἀληθῶς, verè; sed κατ' ἀναλογία, & sunt Deo quadantenus similes, vel per naturam, ut Angeli Dei, de quibus illustris est locus Psal. 8. 6. ubi David de Christo: וְתַחֲסִרְהוּ מֵעַתָּה מֵאֱלֹהִים Et minuisi eum paulisper præ Angelis, i. e. magis quàm seu infra Angelos. Id Chaldaeus מַמְלַאֲכֵיָא: id septuaginta. & Apostolus Heb. 2. v. 7. in Græco ad verbum expresserunt: adde Psal. 97. 7. Heb. 1. 6. Vel per rationem officij, ut Judices, & Magistratus, quos ex Dei constitutione Dei vices in terris sustinere constat Psal. 82. v. 1. 6. Exod. 22. v. 28. Partim δόξαστικῶς, pravâ hominum opinione, qui tum ipsum Diabolum seu Deum colunt, τὸν Θεὸν τῶν αἰῶνων τῶν αἰῶνων 2. Cor. 4. 4. Eph. 2. 2. tum idola multifaria, quæ verius sunt אֱלֹהִים לֹא Non. Dii 2. Par. 13. 9. & אֱלִילִים Vanitates aut merum nihil Lev. 19. 4. 1. Cor. 8. 4. quàm אֱלֹהִים, quamvis sic passim in scripturis μιμητικῶς καὶ κατ' ἀντίφρασιν dicantur. Huc referri debent, tum quæ jam Thef. 7. §. 6. & seqq. diximus; tum quæ in hoc ipso versu de Diis Nebucadnezaris habentur.]



**IX.** Quo modo Captivitas cœperit Babylo-  
nica de hinc jam *specialius* Propheta docet, dum  
de Vasorum sacrorum translatione strictim per-  
sequitur Historiam.

**X.** Nempè quandam Vasorum sacrorum  
partem in manum Nebucadnezaris traditam,  
esse vidimus: Qui vasa isthæc in Babyloniam, &  
in thesaurum, seu gazophylacium Deorum suo-  
rum transtulit.

[1. Id sonant verba Vatis: *Et transportavit* (Nebucadnezar) *in*  
*terram Sinear*, (terram) *domus Deorum suorum*; *Et vasa ista transtulit in*  
*thesaurum Deorum suorum.* 2. Nam נִבְּרַי venit, *ivit, absolutum est*: hinc  
נִבְּרַיִרֵי, seu venire fecit, transportavit, traduxit, *transitivum*, juxta tri-  
tum illud Grammaticorum: *In Kal absoluta, in Hipbil sunt transitiva.*  
Accuratè autem notandum, quòd actio non tantùm Causæ verè, pro-  
priè, ἀμείσως effectum producenti, sed & quovis modo ad actionem  
concurrenti sæpissimè tribuatur. *Jussu* Regis vasa sacra Hierosolymis  
in Babyloniam transtulerunt ministri ejus: quod ideò ipse Nebucadne-  
zar fecisse dicitur. נִבְּרַיִרֵי. *Vulgatum est*: quod quis facit per alium,  
per se ipsum fecisse videtur. נִבְּרַיִרֵי est Futurum, cui הַבְּרַיִרֵיִד dat signi-  
ficationem Præteriti. ׀ suffixum attrahit accentum; unde Kamets  
sub ׀ נִבְּרַיִרֵי ׀ mutatur in Scheva: Ipsum autem ׀, ut hoc loco, sic semper  
in utroq; Futuro, in Consonâ terminato, ἀναλόγως ante se Tzeri requi-  
rit. Quæ omnia ex Grammaticis notissima sunt. 3. Sed ׀ illud  
representatne Procures & pòpulum? Ita quidem Polanus sentit: quòd  
subsequens membrum de vasis templi loquatur. Regem & pòpulum  
ejus? Ita Junius. Iachiades Jojakimum יַחִיאֵדֶס יוֹכָאִימִם & magnates ejus sub-  
stituit. Contrà est, quòd Rex Jehojakim periiit in Judæa, nec in terram  
Sinear abductus fuit, quamvis Babylonius catenis vinctum Babylonem

\* 2. Chron. de portare voluerit. \* Josephus \* auctor est, quod in urbem receptus, tū ro-  
36. v. 6. | bustissimos ac præstantissimos Hierosolymorum viros interfecerit Ne-

\* ἀρχαίολ. bucadnezar, tum ipsum Regem, quem jussit ἀτα πῶν ῥι Φῆμαι πρὸ τῶν

Lib. 10. c. 8.

τῶν

τειχῶν, insepultum abjici ante (vel, extra) moenia. Ita enim  
 Jeremias prædixerat, fore, ut Jehojakim nihilò honestius sepelire-  
 tur, quàm asinus: trahendus, projiciendusq; מִחֻץ לַמְּצֻדָּה extra portas  
 Hierosolymorum. Sensem Prophetæ expressimus. Verùm,  
 est vox מִחֻץ quæ indefinitè *ulteriorem* significat *terminum* imo-  
 dò *temporis*, ut Levit. 22. 27. modò *loci*: quomodò Israel profectus esse  
 dicitur, tentoriumq; suum tetendisse (fixisse) מִחֻץ אֶתְּרֵם ultra turrim Eder  
 Gen. 35. 21. Et Deus, Israelitas מִחֻץ אֶתְּרֵם ultra (*sensu*) Damascum de porta  
 murus Amos 5. v. 27. Nec nos negamus: quin potiùs quod ultra portas di-  
 citur, extra eas esse intelligitur. Id Joseph. dixit πρὸ τειχῶν ante seu extra  
 moenia: sensu prorsùs eodem. Quod autem Junius extra terminos  
 Judææ projectum esse statuit, & יְרוּשָׁלַיִם יְרֵרָה terminos Judææ κατὰ  
 συνεκδοχὴν interpretatur, violentum est, & omni caret fundamento.  
 5. Præter pueros regis stirpis ex Proceribus & populo abductos istà  
 quidem vice fuisse in Babyloniam, ejus certè Scriptura nihil meminit;  
 nec ullus, præter Scripturam, auctor, cui turò fidas, alius. 6. Rectè  
 igitur septuaginta καὶ ἠνεγκαν αὐτὰ: rectè vulgatus, & asportavit ea in-  
 strumenta sc. seu vasa domus Dei. Quod ad oculum patet ex 2. Chron.  
 36. 7. ubi idem prorsùs dicitur planissimè: *Et de vasis domus Domini*  
*transtulit Nebucadnezar Babylonem, & reposuit ea in templam suam,*  
*quod est Babylone.* Nec est, quod offendant, de vasis mox iterùm haberi  
 membro proximo. Eodem enim modo fit in Chronicis, ut vidimus:  
 nec ταυτολογία metuenda; quùm aliud sit vasa sacra in terram Sinear  
 translata, quod in priori; aliud, eadem vasa in thesaurum Deorum  
 Nebucadnezaris reposita esse, quod in posteriori membro dicitur. 7.  
 Et transtulit ea in terram, אֶרֶץ pro אֶרֶץ, quemadmodù in parallelo  
 transtulit ea לְבָבֶל. Ea Ellipsis in constructione hujus verbi frequens est.  
 אֶרֶץ commune, sed rarissimè Masculinũ, primò ac propriè universũ ter-  
 ræ globum significat; deindè συνεκδοχικῶς certam ejus partem, regionè,  
 provinciam, ut hoc loco; μετανομιῶς, homines, terræ incolas. Pe-  
 culiare est huic voci, ut non tantùm in pausâ, sed etiam, quoties præ-  
 fixam habet ex Servilibus וְהַכֹּלֶל aliquam eum Camels, ad eam se con-  
 formet, & sit אֶרֶץ, ut אֶרֶץ, אֶרֶץ, אֶרֶץ חַיִּים terra viventium est,  
 ubicunq; in his terris vera existit Dei viventis Ecclesia, tanquam cœtus  
 hæredum vitæ æternæ. Hinc Targum. Esa. 53. 8. Jer. 11. 19. Ezech. 22.  
 v. 23.

v. 23. & deinceps **ארץ ישראל** terram Israelis : Et Psal. 27. v. 13  
**ארץ רחמי עלי** terram vitæ seculi seu æternitatis interpretatur,  
 Sic enim Targum simpliciter vitam seculi nominat, quæ aliàs dicitur  
**ארץ נשמת הברא** vita seculi futuri. Vide etiam Esa. 38 v. 11. **ארץ נשמת הברא**  
*terra oblivionis* Psal. 88. v. 13. Locus in terrâ, ubi sunt, qui oblivioni tra-  
 duntur, seu mortui, de quibus Psal. 31. v. 13. Exod. 9. 5. Quæ omnia ad  
 Synæchdochicam significationem reducuntur. 8. **ארץ שבער** Terra  
 Sinear: Quinquies omninò præter hunc locum occurrit in sacris nomen  
**שבער** & semper Targum ejus loco **בבל** habet: septuaginta quamvis  
 Gen. 10. v. 10. Cap. 11. v. 2. Cap. 14. v. 1. & hoc Danielis loco **σενναάρ**  
 ἢ **σενναάρ** retineant, tamen Zach. 5. v. 10. illud expressè imitantur, & le-  
 gunt, ἐν γῆ Βαβυλωνίῳ. Istos si auctores sequimur, nullum est dubium,  
 quin Sinear sit Babel. Et Hestizus τῷ **σενναάρ** ἐν τῇ Βαβυλωνίῳ χάραξ  
 meminit. \* 9. \* **ארץ שבער** **ארץ שבער** **מתי מבור** inquit  
**רנב** rectissimè! Necturbare debet, quòd vulgo **שבער** redditur  
 vel dormientis vigilia, seu suscitatio, à **שן** dormiens, aut  
**שנה** somnus, & **ער** vigil: vel Dentis evacuatio, aut excus-  
 sio, ut sit à **שן** dens, & **ערה** Nudavit, seu **נער** excussit; vel mutatio  
 Civitatis, à **שנה** iteravit, mutavit, & **עיר** Civitas. Nam, ut nihil de in-  
 convenienti compositione dicamus, quæ, quæso, istorum omnium vel  
 ratio, vel certitudo? 10. *Contra*, negari non potest, quòd, post diluvi-  
 um Noachi posteri à montibus Armenia in terram Sinear delati sint, ubi  
 quùm aliquandiu habitassent, & altero post diluvium seculo turrim  
 immensæ molirentur altitudinis, divinitus immisâ linguarum con-  
 fusione, à nefario dejecti incepto, maximamq; partem *indè ejeati*, & in  
 universam terræ superficiem dispersi sunt. | Ea enim indubitata à Scri-  
 pturis veritatem habent, Gen. 11. v. 2. &c. nec per ea, quæ Diod. Sic. lib. 1.  
 Bibl. m. pag. 17. de Ægypto refert similia, vel tantillum possunt labefa-  
 ctari. Quia ergò genuina Verbi **נער** significatio est agitarit, de loco in  
 locum movit, excussit; quis dubitet, quin locus iste, quemadmodum  
 propter linguarum **σύγχυσις** Babel, ita propter illam populorum in il-  
 lum migrationem, ac velut excussionem, eum indè in totum terrarum  
 orbem ejectionem ac dissipationem Sinear dictus sit? 11. Sic duo ista no-  
 mina nobis integram ejus temporis historiam exhibebunt; & **שבער**  
 dicitur

\* apud Jo-  
 seph. l. 1.  
 ἀρχαι.  
 cap. 5.  
 \* Terra Si-  
 near est ter-  
 ra, ubi ex-  
 cussi sunt  
 homines  
 diluvii.

dicitur, quasi שִׁנְנֵי עָרָא quod, & ex quo, (seu undè) eiectus, populus se-  
 mundi à diluvio renascentis. Nim. ut huc etiam pertineat בְּעַר, quod  
 puerum recens in lucem editum significat. Non addo plura, ne proli-  
 xitas rem manifestam involvat. Nec operæ pretium est, pluribus exami-  
 nare, quæ Junius commentatur ad Gen. 10. v. 7. & 10. de monte Singarâ,  
 Mesopotamiæ imminente, ex quo terræ Sinear nomen cesserit, quæ ni-  
 hil adeo coloris habent. Et si omninò alterutrum statuendum, cur non  
 potius terra tot modis hoc nomine in Scripturis nobilitata, monti sibi  
 imminenti tribuerit, ut Singaras diceretur? 12. In terram Sinear transpor-  
 tati iussit vasa sacra Nebucadnezar, *terram videl. domus Deorum suo-*  
*rum.* Evidentiæ causa vocem פְּרָאָה repetimus. Jachiades supplet  
 הַמְּקוֹם שֶׁהָיָה *locum ubi fuit domus &c. eodem planè sensu.* Nam id di-  
 citi Propheta, terram Sinear locum istum seu regionem esse, in quâ tem-  
 plum cultui idolorum *Babyloniorum* dedicatum conspiciatur longè nobi-  
 lissimum. 13. Vocem בַּיִת in Regim. בֵּיתָם jam antè vidimus, & dubio  
 non est, quin hæc significet templum, seu ædem sacram. אֱלֹהֵי  
 plurale est, cum suffixo singulari 3. personæ י, quod semper formis No-  
 minum pluralibus ita jungitur, & respicit h. l. vocem נְבוּכַדְנֶצַּר, ut  
 perse pater. אֱלֹהֵי, de Dæmoniis seu Diis gentiliū usurpari notissimum  
 est, ut & plurale אֱלֹהִים, quod hoc loco sensum pluralem hauri dubiè  
 habet. Cui probando non est, ut in sanum omnium Ethnicorum studi-  
 um πλοῦσι θεοὶ advocemus. Soli nobis Babylonii sufficiunt, & hoc eorum  
 templum. 14. Nempè maledicta Chami posteritas, abominanduma  
 idololatriz monstrum prima post diluvium invexit, in quo, an Ægyp-  
 tii primum insanierint, quod tradunt Lucianus, Diod. Siculus, alij, nobis  
 non multum laborandum est, quibus abundè Babylonios, hauri longè  
 post diluvium, foedissimo Deorum alienorum cultu se polluisse ex Jos. 24.  
 v. 2. constat. 15. Princeps illis *Deorum* fuit *Belus*, quem & Nebucadne-  
 zar suum vocat, ubi Daniele Beltschazar de nomine Dei sui vocatum  
 esse profitetur Dan. 3. v. 38. Is integrè בְּעַל Hebræis: Chaldæis & Syris  
 בְּעַל eliso, עַל, בַּל & בָּל, Græcis Βήλας vocatur, & *Dominum* notat. Nè  
 fallor, quem summâ virtute ac potentiâ præstare credebant, *Belum* voca-  
 bant Asiatici; *Jovem* Europæi. Hinc Eusebius, de cultu Solis locutus: *In primo*  
*Hunc Deum, inquit, unum cœli Dominum putabant, Βεελσάμην, Præpar.*

E

καλῶν-

Evangel. καλέοντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξ, κύριος ἕρανῶ, ζεὺς δὲ παρ' Ἕλλησι.  
 cap. 7. Beelsamen (Hebr. בְּעֶלְשַׁם) vocantes, quod est Phœnicibus Do-  
 \*lib. 2. Bibl minus Cœli: Jupiter autem Græcis, Diodorus \* expressè, Jovem, in-  
 † Jovem Be quit, Babylonii Belum vocant. Herodotus in primo † Δία Βῆλον con-  
 lum. jungit, perinde, ut in secūdo inquit: \* Ἀμύων Αἰγύπτιοι, καλέουσι τὸν Δία  
 \* Ægyptii Beli igitur nomine honorabant Babylonii tūm primum Regem suum  
 Jovem vo Nimrodum (ut doctiores sentiunt) in terris, tūm Solem, planetarum ma-  
 cant Am- ximum, in Cœlo: fortè etiam totum cœlum; quemadmodum Persæ fe-  
 monem. cerunt τὸν κύκλον πάντα τῶ ἕρανῶ Δία καλέοντες. Ἡ Herodotum au-  
 † in primo didimus. † 16. Sed præter Belum alios quoq; Deos Babylonis in hono-  
 Gyræ cœli re fuisse nemo dubitat. De Igni testis est Chronici Alexandrini scri-  
 universum ptor, ubi de Nimrodo locutus, ἔτος, inquit, διδάσκει Ἀσσυρίως σέβειν  
 Jovem vo τὸ πῦρ. \* Ubi ad verendum, Assyriorum & Babyloniorum nomina haut  
 cantes. rarò promiscuè sumi, quod uni tandè utriq; paruerint imperio. Illud de  
 \* hic docuit Assyrios ἰ. Igni usq; adeò certum esse volunt vindices Antiquitatis, ut Urbem Chal-  
 gnæ colere dæorum, quæ Abrahami Patria creditur, ἦν & Uroe dictam esse exi-  
 \* in κλειώ stiment. Gen. 11. 27. Quòd Igni in ea coleretur. De Persis certè scribit  
 sacrificat Herodotus: \* ἴδουσι δὲ ἡλίω τε, καὶ σελήνῃ, καὶ γῆ, καὶ πύρι, καὶ ὕδα-  
 autem ὅ τι, καὶ ἀνέμοισι. 17. Cæterùm an ille ἰδῆ Babylonis dictus sit, defi-  
 Soli, & Lu- nire non ausim, de quo nonnullos ad Danielem commentantes lectori-  
 na, & Ter- bus imponere Seldenus † ait; sed utinam de nomine ἰδῆ, undè su-  
 ra, & igni, as illi conjecturas habent, vir eruditus alia nos docuisset certiora! Ser-  
 & aqua, vum illud significat ejus, qui vel quod ἰδῆ dicitur. Nego autem pro  
 Orientis. Nebo esse vult, ἰδῆ ἰδῆ ἰδῆ verso ἰδῆ in ἰ. Sed quid causæ est, cur pecu-  
 † in calce liare idoli nomen Babylonii esse præfractè negemus, quale est ἰδῆ in Belt-  
 Syntag. 2. schazar? Veterum monumenta, inquis, nihil ejus habent. Habent, in-  
 de D. S. quam, quod eo pertineat, licet ipsum Nego fortè non habeant, quem  
 \* admodum fit in multis aliis. 18. Mercurium impensè coluerunt O-  
 rientales, & in his Babylonii; quibus, nisi falsus est Hesychius, Σεχῆς, τῶ  
 Sech es Mer- Ερμῆ ἀσῆρ \* Illius circulus Auctori lib. de Mundo, qui est inter opera  
 curi stella. Aristotelis, \* & ipse Mercurius Tullio, † Apulejo, \* aliis, peculiari ratio-  
 \* cap. 2. ne σιλβων † dicitur, sive ex alia causâ, sive quia ad lucidissimum Solis sit,  
 † lib. 2. de N. D. dus, ejus, juxta cum Lucifero, comes est, communis stella Cyllenius re-  
 \* de mundo fertur. Per est verisimile, Græcosita nomen illius exprimere voluisse,  
 † splendens .qui

qui Chaldaeis נגל dictus fuit; *σελαβω* enim idem significat quod *λαμπω*,  
 quo 70. Hebraeum נגל (unde נגל) aliquoties expressere. Plures Baby-  
 loniis Deos fuisse ex dictis liquet. 19. Sed insuper *Deus* etiam illi sibi  
 finxerunt, quarum princeps *Luna* fuisse videtur, quam Assyriorum, atque  
 adeo Babylloniorum *Μύλιτταν* (ab Hebr. מולדת ita dictam) esse, de qua  
 Herodotus in primo prolixè, docuerunt alii. Ubi ne scrupulum injici-  
 at *Αφροδιτη*, non dubitant, quin Sidus illud Orientalibus fuerit Venus  
 & Juno, cujus vis in rerum generatione maxima, & summum in omnem  
 humorem imperium, quod non nisi Lunæ competere possit. Porro  
 quemadmodum Solem מלך seu Regem, ita Lunam מלכת השמים  
 Reginam coelorum dixerunt, cujus benignitati quàm omnis generis foe-  
 cunditatem adscriberent Judæi, foedissimam exemplo gentilium, in  
 eâ colenda idololatriam pertinaciter exercuerunt, ut videre est  
 Jerem. 44. v. 17. 18. 19. Ubi quum nec mentem Prophetae rectè  
 perciperet, nec, ut arbitror, Chaldaei Paraphrastra pro  
 מלכת legit מלאכת *opus* & כוכבה שמיא, *Solem* interpretatus est R.  
 D. Kimchi, quem Fr. Junius sequitur, in Notis, & hunc, ut fit, plures alii.  
 20. Nos, quod urget Junius, ut מלאכה *rem*, quæ cura nobis est, signifi-  
 care, libenter damus, ita Judæos idololatrias omnem coeli exercitum ( sic  
 stellæ coeli vocantur ) adorasse, non negamus. Id enim expressè tum  
 alibi traditur in Scripturis, tum Jer. 8. 2. Cæterum nec stellæ מלאכה  
 השמים *opus* coelorum uspiam alibi dicuntur, nec Jer. 7. 18. & cap. 44.  
 v. 17. 18. 19. ullum est Masoræ (quæ aliàs accuratissimè talia notavit) in-  
 dicium pro מלכת legi מלאכה debere. 21. Chaldaeorum quod attinet,  
 is non dicit כוכב masculino usitatissimo, sed כוכבת foeminino minus  
 sanè usitato, ut & genus Textus Hebraei sequeretur, & stellam indice velut  
 digito monstraret, quæ luminare quidem magnum, Sole tamen minus  
 sit, *καὶ ὡσπερ ἄλλος ἥλιος ἐλάττων*, \* ut regnū quidem seu dominium ob-  
 tineat, nō ramen de die, sed inter stellæ, de nocte lucentes, ut est Gen. 1. 16.  
 Sic igitur מלכת השמים nō est opus, sed stella cæli *συνεχδοχικῶς* præ-  
 cipua illa, non שמש ipse Sol, Dominator & Rex quasi summus, sed Lu-  
 na, velut βασιλισσα, ut 70. rectè verterunt Jer. 44. seu Regina; quam Ba-  
 bylonii *Μύλιτταν* vocarunt, & proximo post Solem cultu, inter Numina  
 sua venerati sunt, non minus ac Tauri, Scythiæ populi, de quibus Poëta  
 Sulmonensis, *Consortem Phæbi gens colit illa Deam.* 22. Quin & Ter-

\*Aristot. l.  
 4 de Gen.  
 Animal.  
 Cap. ult.  
 Et tanquā  
 aliter Sol  
 minor.

ram gentiles ut Deam, imò, ut omnium Deorum matrem coluere, sub  
 variis nominibus Rheam inter cetera vocarunt, per Metathesin ab  $\epsilon\rho\alpha$ ,  
 quæ vox Terram significat. Hanc Babylonis quoq; sacram fuisse ex  
 Diodoro discimus, qui templum Beli, quod Babylone fuit, describens,

\*lib. 2. Bib.  $\epsilon\omega'$  ἀρχας, inquit, τῆς ἀναβάσσεως τοῦ βασιλέως ἀπό λαοῦ  
 m. p. 69 χρυσῶ σφουγγαρι Διὸς, Ἡρᾶς, Ρέας, & quæ sequuntur. 23. Ex quibus  
 In summo ad oculum patet, tum quod plures Babylonii Deos coluerint, tum, quod  
 adscensu templum illud Regis Babylonii celeberrimum, de quo Propheta Daniel,  
 (Semira- Belo (quem Jovem vocant) præcipuè quidem, aut non soli tamen, sed &  
 nis) tres Juno ni (quam Lunam diximus,) & Rheæ sacrum habuerint. Huc, ut tan-  
 ex auro dem revertatur, undè digressa est Oratio, Nebucadnezar vasa sacra tem-  
 statum pli veri Dei transportavit, nim. in terram Sinear, ubi domus Deorum  
 malteo du- suorum. 24. Et vasa ista transtulit in gazophylacium Deorum suorum.  
 etas, Jovis, Vis vocum Hebræarum ex superioribus jam patet, si duas,  $\text{אֵת}$  nim. &  
 Junonis,  $\text{אֵת}$  excipias. De particula  $\text{אֵת}$  observandum, quòd, quoties inter No-  
 & Rheæ, men Appellativum quarti casus, sive absolutè, sive cum suffixo positū, & Pro-  
 statuit- prium immediatè intercedit, illa per appositionem conjungat. Exempla le-  
 guntur 2. Sam. 7. 7. Jos. 24. 3. Gen. 4. 2. Ezech. 4. 1. nec ullum est di-  
 versum, quod sciam, exemplum. 26. At est, inquis, Gen. 4. v. 1. Ubi ma-  
 ter Eva de Caino  $\text{אֵת יְהוָה אִשׁוֹתַי}$ . Adquisivi virū à Jeho-  
 va, ut Junius; vel cum Jehovah, ut Drusius, & alii vertunt. Neq; enim re-  
 dè verteris, Adquisivi virum Jehovah. Cur verò non? inquam ego.  
 Quin, per constantem, perpetuamq; Constructionis illius rationem ali-  
 ter verti non debet. Ut in istà vocum Syntaxi absurdus sit, qui  $\text{אֵת יְהוָה}$   
 à, vel, cum Jehovah reddit, non minus ac si quis Ezech. 4. v. 1.  $\text{חֲקוֹתַי עָלֶיךָ}$   
 $\text{אֵת יְהוָה}$  Et effingas super ipso (latere) Civitatem, à, vel  
 cum Jerusalem interpretari velit, 26. Calviniani quidem, ut nativam  
 verborum istorum lucem obscurant, tria omninò obijciunt, eaq; partim  
 ex phrasi, quà si mater Eva,  $\text{אֵת יְהוָה אִשׁוֹתַי}$  juxta morem  
 linguæ dixisset, absq; dubio id sensisset, quod dicimus, Acquisivi-  
 virum Jehovah; si vel  $\text{אִשׁוֹתַי יְהוָה}$ , saltem  $\text{אִשׁוֹתַי יְהוָה}$   
 $\text{אֵת יְהוָה}$ , respexisse videri posset ad promissionem de semine mulieris,  
 quæ præcessit Gen. 3. 15. quorum neutrum est in Textu: partim ex re ipsà.  
 Nam Cainum sancta mater semen esse Viri sciebat; Messiam, ex pri-  
 mâ

mā promissione non viri, sed *mulieris* seu virginis fore *semen*, ignorare non poterat. Aut, si heic decepta fuit, quis fidem faciet, in altero illo, dum Messiam *θεσβον* fore credidit, deceptam non fuisse? Non e. credidit, aut dixit, se Messiam peperisse. Hæc summa est. Vide sis Ammam l. 2. c. 4. sed ista nullo sanè negotio discutiuntur. 27. *Phrasin* quod attinet *primum* si *קְנִיתִי אִישׁ אֶת־אִשׁ* haut dubiè sonat, Acquisivi virum Jehovah; quid, quæso, causæ est, cur, *קְנִיתִי אִישׁ אֶת־* idem prorsùs sonare dubitemus? Quamvis enim in isthoc loquendi genere partic. *קְנִיתִי* non ineleganter tam priori, quàm posteriori Nomini premissum; præmitti soleat, id tamen perpetuum non esse ex Ezech. 4. v. 1. manifestum est. Nec ad rem, de quâ quæstio est, sive priori præmittatur Nomini, sive minùs, vel tantillum facere, patet ad oculum, naturam illius propiùs iatuenti. Nam inter Nomen Substantivum & Proprium immediatè posita, præter Emphasin, semper quidem hanc vim obtinet, ut illa per Appositionem conjungat: Sed casui verbi præposita, nihil aliud præstat, quàm ut vel Emphasi serviat, vel ambiguitati vitandæ. Ubi, seu utrumq; seu alterutrum horum fieri necesse non est, liberè omitteritur, quemadmodum Gen. 1. v. 12. 24. Cap. 2. v. 2. 8. 18. Gen. 3. v. 16, 21. Esa. 41. 2. Jer. 33. 3. Ezech. 5. 1. & nusquam non videre licet. Non magis igitur, quàm, si adesset, efficeret, jam, dum abest, duorum istorum Nominum Appositionem impedire potest. Causam, quæris, cur in loco controverso. Nomini priori præmissa non sit? Respondeo, quia nihil præmitti necesse fuit, sive ad evitandam ambiguitatem, in tantâ Syntaxeos evidentia, sive ad emphasin exprimendam, quæ quando circa utrumq; Nomen pariter attendi debet particula *קְנִיתִי* utriq; præmittitur, quod ex Gen. 22. v. 16. paulùm diverso quamvis ab hoc exemplo, evidenter admodum illustrari potest: quando circa posterius *inprimi* ut Gen. 4. 1. & Ezech. 4. v. 1. posteriori præmittitur nõ itè priori. In simili Orationis structurâ, quando proprium priori, substantivum posteriori loco ponitur, semper partic. *קְנִיתִי* non huic, sed illi præmittitur, ut Casus Verbi eo notetur evidentiùs, dum appositio Nominum istorum per se satis est manifesta: Exempla leguntur Gen. 4. 1. Cap. 10. 15. Gen. 21. v. 4. 5. Jer. 30. 9. & passim alibi. Deindè, in continuâ quidem Orationis ejusdem subjecti serie, respectus ad antecedens, vel per *הַהִיא*, nomini principali præpositum, vel per *הַהִיא* aut *הַהִיא*, eidem adjectum, vel per utrûq;



Simul exprimitur, ut vel ex Gen. 19. v. 14. 16. Cap. 40. v. 1, 5. Job. 1. v. 1.  
 Esa. 6. v. 4, 9, 10. Job. 2. v. 14. evidenter patet. Sed quando ex intervallo,  
 diversisq; locis, de eadem tractatur materiâ, sanè illud non observatur.  
 Hagar peperit Abrahamo  $\text{אֶבְרָהָם}$  filium. Sara peperit Abrahamo  $\text{אֶבְרָהָם}$  inquit  
 Moses Gen. 16. v. 15. c. 21. v. 2, non autem  $\text{אֶבְרָהָם}$  aut  $\text{אֶבְרָהָם}$ , quamvis  
 omninò sit sermo de filiis, de quibus manifestæ in antecedentibus le-  
 guntur promissiones. Conf. etiam Gen. 34. v. 24. 25. Cap. 49. v. 5. 6.  
 1. Sam. 1. v. 17. 29. Esa. 7. 14. Quin & in Græco de Johanne Baptista legi-  
 mus:  $\kappa\alpha\iota$  (Ελισσέβητ) ἐγέννησεν υἱὸν Luc. 1. 57. non autem  $\tau\omicron\nu$  υἱὸν, quamvis  
 in præcedentibus de eo promissiones sint luculentissimæ. 28. Junii ver-  
 sionem, à Chaldæo sumptam, quam plures sequuntur, meritò rejicit Sixt.  
 Amama. Nam  $\text{אֶבְרָהָם}$ , ut &  $\text{אֶבְרָהָם}$  plenè quidem redditur, *à cum*, Chal-  
 dæo  $\text{אֶבְרָהָם}$ , & causam plerumq; prout res sunt, cooperantem, & pote-  
 statem, aut vires concedentem significat: Hanc rarò præterea, cum ver-  
 bis, motum importantibus, interdum simpliciter, interdum certâ ratio-  
 ne, remouet præsentiam, vel personæ, vel rei, ab eo, cui aderat, ac si dicas,  
 Ne sit, vel esset ampliùs cum. Conf. Gen. 26. v. 27. 31. Esa. 54. v. 10. Gen.  
 27. v. 30. Exod. 10. 11. Cap. 11. 2. Num. 16. 35. 2. Sam. 3. v. 13. 26. Cate-  
 rùm  $\text{אֶבְרָהָם}$  Gen. 44. 4 & Deut. 34. 1. ut Junius, aut etiam Jer. 51. v. 59. ut  
 Piscator putavit, aut uspiam aliàs in Scripturis pro  $\text{אֶבְרָהָם}$  usurpari, quis  
 credat, nisi idoneis probes argumentis? Tum verò quemadmodum  
 partic.  $\text{אֶבְרָהָם}$  nonnunquam *cum* significare, libenter damus; sic vicissim  
 in loco controverso, aut ullo structuræ similis alio, idem quod  $\text{אֶבְרָהָם}$  va-  
 lere, constanter negamus. 29. Phrasim, ni fallor, ita vindicavimus, ut  
 ampliùs haud dubitemus, quin Eva dixerit, *Acquisivi Virum Jehovah*; ex  
 ardentissimo sc. videndi *femini* illius desiderio, quod *ipsi* Dominus pro-  
 miserat Gen. 3. 15. Quippè, quantum *rem ipsam*, quod de semine mulieris  
 habet promissio, ad *Evam*, ejusq; semen necessariò referendum est. *Evam*  
 mulierem seduxerat serpens. Huic igitur Dominus: Inimicitias, inquit,  
 ponam inter te,  $\text{אֶבְרָהָם}$   $\text{אֶבְרָהָם}$ , & inter mulierem istam; & inter semen  
 tuum, & semen *ejus*. Quid evidentiùs! Et quisquis Christum Abrahæ  
 semen fatetur, quomodo eundem mulieris istius, quæ propterea, quod  
 mater fuit omnium viventium,  $\text{אֶבְרָהָם}$  seu Eva dicta est, semen esse nega-  
 bit? Ex primâ igitur Eva promissione, generis humani, in ipsâ perdiri,  
 Salvatore, ipsum sc. Jehovah, suum semen fore, atq; adeò verum ho-  
 minem

Anti Barb  
 Bibl. lib.  
 2. cap. 4.

minem ad destruendum regnum Diaboli, nasciturum esse didicerat. Hinc,  
 dum primo partu אִשָּׁה אֶרְבָּא semen masculum edidit, velut exultabunda  
 inquit קָנִיתִי אִישׁ אֶת־רַחֵם 30. Sed, ignorare potuit Eva, Messiam fore  
 filium virginis, quod ei diserte revelatum erat? Respondeo, An mysterium  
 hoc illi diserte revelatum fuerit, & quidem, quod Amama pro confesso sumit  
 per semen mulieris, ex jam dictis cuius judicandum relinquitur. Mysterium  
 quidem ἐναργιστως Filii Dei à primo statim initio Deus generi nostro revela-  
 vit; sed ita, ut succedentibus illud temporibus illustrius repetierit, & subinde  
 magis ac magis explicarit, usq; dùm tandem nocti Vet. Testamenti plena Novi  
 lux succederet, ubi nunc clarissimè conspiciuntur, quæ quondam in umbra-  
 rum involucris tantum non penitus latebant. Fidem proinde rectam tam  
 de personâ, quàm de officio Messiae Dei & hominis per se verè tenuit Eva; Igno-  
 ravit, saltem tam non cogitavit, Messiam fore virginis filium, & eum esse Cai-  
 num credidit, quem in carne videre flagrantissimè desideravit, Verum  
 est, erravit hic errorem, an turpem? An talem, qui verum fidei, quâ Salva-  
 torem suum verum Deum & hominem credidit, solatium everterit? ut Sixt.  
 Amama l. c. ex suo Pareo παραγόμεν, què concludat, Evam non dixisse,  
 quod dixit, & Orthodoxis testimonium hoc pro verâ Christi Divinitate eripiat:  
 pessimè! Sanè Lutherus, quod ille obtendit, fundamenta veritatis certa ac soli-  
 da, ab incertis & ficulneis, prudenter secernenda esse graviter monuit. Sed, quis  
 inde concludat, testimonia, quæ ad versariorum versutia summis sæpè difficulta-  
 tibus involuit, incerta esse, ficulnea esse? Locum controversum, & errorem Evæ  
 quod attinet, multi procul dubio, quando Christus nascebatur, in populo Dei  
 fuerunt, qui verè in Christum promissum crediderunt, & tamen Jesum Mariæ  
 Filium esse Christum, vel ignoraverunt, vel non crediderunt, antequam is eum  
 se esse publicè demonstraret. Tunè istos turpis ejusmodi erroris damnabis,  
 qui omne solatium, omnem fidei veritatem everterit? Nathanaelem vide, verū  
 illum Israelitam Joh. 1. 45. 46. 47. & conf. Luc. 2. 38. Tum verò negari ne-  
 quit, ipsos Apostolos etiam tūc, quando conversionem gentium peculiari  
 Christi mandato jam acceperant, Marth. 28. 19. 20. nec quidquam de ea dubi-  
 tabant, & eorum discipulos, nihilominus in singularibus illius circum-  
 stantiis haut leviter errasse Act. 10. 11. 15. Gal. 2. v. 11. 12. 13. 14. Dic tu, si  
 hæc illi decepti fuerant, quis fidem faciet, in reliquis fidei capitibus de-  
 ceptos non fuisse, & totam simul fidem Apostolicam tolle. Quæ diximus eò  
 pertinent, quò, quamvis Eva per ignorantiam, aut, si malis, incogi-  
 tantiam, sic, ut diximus, circa individuum errarit, substantiæ tamen si  
 dei illius de Messia nihil, aut certè tantum non decedere constet omnibus rectè  
 judicantibus, ut propterea non dixisse videri debeat, quod maximè dixit: Ad-  
 qui sivi

quisivi virum Jehovah. 31. Restat **אוצר** copiosè collectum in futurum recondi-  
 \* Horat. dit, velut is, Qui nummos aurumq; recondere dicitur Poëta: \* quod Græci verbo  
 l. 2. Serm. **θησαυροει** feliciter exprimunt. Elegans locus est 2. Cor. 12. 14. Bis septuaginta  
 Satyr. 3. ta per **συλαγειν** reddiderunt, Esa. 23. v. 19. Cap. 39. 6. Et qui per violentas de-  
 prædationes ac de vastationes aliorum, sibi divitias colligunt, dicuntur **אוצרים**  
**אוצר** Am. 3. 10. 32. Ab **אוצר** est **אוצר** thesaurus: de  
 loco deg. rebus reconditis, vi radice, & què dicitur propriè. Locum (qui **בית אוצר**  
 apud Danielelem, & alibi) seu receptaculum, promptuarium vè significat Deut.  
 28. 12. Prov. 8. 21. Job. 38. 21. Joel. 1. 17. Jer. 50. 25. Matth. 2. 11. Quo sensu Na-  
 \* apud Agel. vius \* sepulcra mortuorum, Orchivum (alii Orcivum malunt) Thesaurum; &  
 lib. 1. c. 24. Thesaurum rerum omnium memoriam, eleganter dixit Tullius \* De rebus recondi-  
 \* lib. 1. de titis passim usurpatur, & res pretiosæ in locis abditis, aut sub terrâ absconditæ  
 Orat. **אוצרות חשך** thesauri tenebrarum dicuntur Esa. 45. 3. Nam in thesauro duo  
 \* Rom. 2. 5. ista concurrunt, nempe, quod rerum sit tum abditarum, tum pretiosarum.  
 \* Ione Quin, non tantum bonatum, sed & malarum rerum copia thesauri nomine ve-  
 \* Mercat. nit tam in sacris, quam profanis Matth. 12. 36. Luc. 6. 45. Huc refertur, quod  
 Act. 3. Scē 4. S. Paulus impium, dicit, **θησαυροει** σεαυτω **δρακην** \* Sic Euripedes **θησαυρον**  
 \* Amphitr. **κακων**, \* Plautus *Theaurum mali* \* & *stupri thesaurum* \* dixere. 33. **בית אוצר**  
 Act. 4. Deorum Nebucadnezaris fuit locus, vel in templo, vel juxta templum Beli, in  
 Scen. 2. quo vasa ministerio illorum consecrata, & alia **αναθηματα** servabantur.  
 Quæ admodum enim Israelitæ verâ fide vero Deo victorias suas in solidum ac-  
 ceptas referebant, ideoq; pretiosora quæq; per illas parta Domino consecra-  
 bant Jos. 6. v. 19. 24. Ita Nebucadnezar cœco furore ab idolorum suorum au-  
 xilio ac potentia tot victorias sibi concessas esse arbitrabatur Hab. 7. 11. Et, quia  
 illis tribuebat, quidquid contra Regem Judæorum effecerat, in contumeliam  
 veri Dei vasa templi ejus Diis suis sacra esse voluit. ]

הלח

תוספות

I. **P**uncta Vocalia S. Codicis non ad Rabbinos post-Talmudicos Tiberienses, sed  
 ad ipsos librorum sacrorum auctores referenda, & ejusdem cum ipsis conso-  
 nantibus coexistentia, ætatis, seu antiquitatis esse, indubitato statuimus.

II. Non solam legem Mosaicam, ut multum videtur, sed scripta etiam Prophe-  
 tica per 72. Seniores Judæos, à Ptolomæo Philadelpho Alexandriam olim convoca-  
 tos, translata esse constanter adserimus.

III. Multa, quæ comparative dicuntur, negativè capienda esse, tradunt  
 Philologi. Nullum autem, quod nos quidem viderimus, hætenus exemplum produxe-  
 runt, quod comparative dictum, omnem omnino comparationem respicit.





bus illis addit vocem אלהים. At enim etiam hanc  
 habere, ipsa pluralis adeo evidenter arguit terminati-  
 dum homini sanæ mentis sit contrarium, ac si אלהים  
 habere fingas; nisi sufficientem adferas rationem diver-  
 An semper אלהים significacionem singularem habet  
 do inquit אלהים Faciamus hominem in imagine nos-  
 dinem nostram Gen. 1. v. 26. Et, ecce homo est, tanq-  
 Gen. 3. 22? Sed ibi sensus pluralis adeo manifestus e-  
 Photiniani Creaturas in Essentia & operum, soli-  
 communionem admittere malint absurdissime, quæ  
 lucem negare. Taceo, quod pleriq; omnes, Vocem  
 Deo usurpatam, quoties plurali jungitur, sensum plur-  
 um, retinere, publicè fatentur. Tanta sc. est vis ver-  
 Sam. 4. 8. 7. Sam. 7. 23 & confer Jer. 10. 10. An ergo  
 tum Scripturæ locis? Id licet concedamus, insignis e-  
 fuerit, nomen verè plurale, non pluralem, sed simplici-  
 sum habere; quam ut in textum sacrum admittamus  
 jecturis, sed ejusmodi rationum momentis demonstra-  
 mo verè contradicere possit. Eam nisi rationem con-  
 nihil tandem certi in toto Scripturæ Corpore relinqui-  
 aliquoties idolo dici Vocem אלהים. Ejus una ratio  
 terminationis amittat, sed quod sua gentiles idola  
 Dei, qui verè est אלהים הים Jer. 10. v. 10 Ejus lo-  
 Dagon Philistæi, cujus simulachrum partim homini-  
 guram habuisse veterum monumenta testantur: qu-  
 cus est, terræ ac maris Dominum significare volverunt  
 Zidonij Asstaroth; suum Moabitæ Camos: suum A-  
 colebant 7. Sam. 7. 1. Reg. 12. 33. & suum singuli-  
 non, quod plures esse putarent, idolum, sed eum, qui  
 suo venerabantur, plures esse, majorum, procul dubio  
 acceperant, & similem ejusmodi idolis, foedissimi er-  
 tuebant, de quo Esa. 40. v 17. & seqq. Act. 17. 29  
 Nimis id perspicuum est de Vitulo Israelitarum,  
 illi vocarunt אלהים, non, quod idolum istud, Deum  
 sed quod in isto peculiariter præsentem finxerint,  
 thro, verum Deum, qui eos eduxerat ex Ægypto, &

D 2

